This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


3 3433 08160556 4





(Neur)

NRV



SAPPHONIS MYTILENAEAE FRAGMENTA

SPECIMEN OPERAE IN OMNIBUS ARTIS GRAECORUM LYRICAE RELIQUIIS EXCEPTO PINDARO COLLOCANDAE

MEMORIAM ANNIVERSARIAM

INAUGURATAE ANTE HOS CCLXXXIV ANNOS

SCHOLAE PROVINCIALIS PORTENSIS

D. I. NOVEMBRIS MDCCCXXVII

PIE CELEBRANDAM INDICIT

ET AD RECITATIONES ET ORATIONES DISCIPULORUM

EX OMNIBUS CLASSIBUS ELECTORUM

AUDIENDAS INVITAT

D. CHRISTIANUS FRIDERICUS NEUE

PROFESSOR

NEW-YORK.

BEROLINI

EX OFFICINA G. C. NAUCKII.

MDCCCXXVII.

Sapphonis patrem Scamandronymum appellant Herodotus II, 135. Aelianus V. H. XII, 19. Schol. Plat. in Phaedr. p. 312. Bekk. Quod nomen qui et ipsi litteris consignarunt, Suidas et Eudocia, ab aliis eam filiam perhiberi scribunt *Σίμωνος, Εὐνομίνου,* (pro quo Kusterus ex codd. Paris. prodidit *Εὐμήνου,*) *Ἠριγύου,* (apud Eudociam legitur *Εὐριγύου,*) *Ἐκφύτου, Σήμου, Κάμωνος, Ἐτάρχου. Κληΐδος καὶ πατρὸς Εὐρυγύρου* filia dicitur in epigrammate, quod scholiis Pindaricis praemittitur, vs. 6; sed Ursinus et codd. Vrat. A. C. Gott. Mosc. B. *Εὐρυγόρου.* Horum vocabulorum, quamquam pleraque omnia depravata sunt, alia ortum habent a nominum *ὑποκοριστικῶν* licentia, apud Dores Aeolesque late disseminata, alia ex confusione cognominum quorundam virorum ad patrem poetriae sunt traducta. Nam quum apud Atticos mutilatorum usus nominum in $\overline{\alpha\varsigma}$ exeuntium intra hos fines coerceretur, ut familiaris ista appellatio servis propria esset, apud ceteras Graeciae gentes ad illustres eandem homines pertinuisse monet Lobeck. ad Phryn. p. 434. Ad illorum igitur similitudinem, quae a Bentleio Epist. ad Mill. p. 521. ed. Lips. et Sturzio de dial. Alex. p. 135. congesta sunt, qui plene Scamandronymus vocabatur, vulgari sermone *Σκαμᾶς* vel Aeolico tenore *Σκάμας* dici poterat. Sed Eustathius ad Odyss. *κ.* p. 390. Bas. alteram deminutivorum speciem memorat syllaba finali $\overline{\omega\nu}$ insignem, eiusque exempla apponit *Βάκχων* et *Σίμων,* pro integris *Βακχυλίδης* et *Σιμωνίδης* substituta. Eodem traxerimus Thebanorum nomina *Ξένων* et *Νίκων,* de quibus Thucyd. VII, 19. Hinc nostri hominis nomen poterat in formam *Σκάμων* abire. *Σίμωνος* genuinum ratus Koenius ad Gregor. p. 290. pro *Σήμου* postulabat *Σιμοῦ.* Illustratam habes originem vocum mediocriter affectarum *Σήμου, Σίμωνος, Κάμωνος,* reliquis perperam Sapphonis pater auctus est. Erigyius enim Mytilenaeus, qui simul cum Laomedonte fratre inter praefectos Alexandri Magni celebratus est, quod patre natus erat Laricho, cui cognominem fratrem Sappho habebat, videtur effecisse, ut, semel duobus Larichis confusis, quum patris nomen sciscitarentur, et toties nepotes avis cognomines fuisse meminissent, filii vocabulum arriperent, quod antiqui Larichi adeoque Sapphonis patri imponeretur. Matrem Clidem, *Κλεῖδα,* soli praeter epigrammatis illius auctorem nominant Suidas et Eudocia, quapropter timemus, ne rursus cognitum Sapphonis filiae nomen ad eiusdem matrem translatum sit. Si fides debetur Ovidio Heroid. 15, 61, sex annos nata patris mortem luxit. Is quidem ambiguum parentis vocabulum posuit, sed matrem poetria ut superstitem alloquitur fragm. XXXII. Fratres ei auctores probati fuisse testantur Charaxum et Larichum, quibus tertium Suidas addit Eurygium, quem ad nominis eiusdem vel similis patrem ablegandum ducimus. Larichum, quem Suidas male *Λάρυχον* scribit, identidem soror laudaverat, ut pocula Mytilenaeis in Prytaneo ministrantem, uti referunt Athen. X. p. 424. extr. Eustath. ad Iliad. *ν.* p. 1280. Bas. Et Schol. Vict. Il. *ν.* 234. eorundem locorum memor, *ἔθος ἦν,* inquit, *ὡς καὶ Σαπφὼ φησι, νέους*

εὐγενεῖς εὐπρεπεῖς οἰνοχοεῖν. Charaxum Herodotus II, 135. Strabo XVII, p. 808. Athenaeus XIII. p. 596. b. scribunt Naucratim ad mercaturam profectum esse, vinum Lesbium apportantem, ut Strabo adiicit, ibique meretricis cuiusdam, Dorichae vel Rhodopidis, amore captum, magno pretio eam ab hero redemisse. Hinc sua sumpsit Ovid. Heroid. 15, 63. 117. Illa mulier, ut pergit Herodotus, quae ex Thracia oriunda, olim simul cum Aesopo Iadmoni Samio servierat, insequenti tempore magnis in Aegypto opibus coacervatis, monimentum sui Delphis verua multa ferrea, quibus boves figerentur, consecravit. Sed fidem abiudicat rumori Graecorum, pyramidem, quae revera Mycerini regis sit, ab illa exstructam fabulantium, quum neque opes eius tanto operi suffecturae fuerint, neque regibus iis, sub quibus pyramides aedificatae sint, aequalis fuerit, sed circa Amasidis tempora, κατὰ Ἄμασιν, vixerit. Est autem verisimillimum, ὀβελίσκους ab divite Aegyptia Delphis sacratos narrationem peperisse de obeliscis in Aegypto et pyramide statutis. Nihilosecius antiquam fabulam amplectuntur Strabo aliique, et ita amplificant, ut singulari casu in notitiam regis illam venisse, ab eoque in matrimonio habitam esse narrent. Psammitichum regem dicit Aelianus V. H. XIII, 33. In matrimonium illam Charaxum duxisse, ex eaque liberos suscepisse, tradit Suidas vv. Αἴσωπος et Ἰάδμων, in Aegypto eandem mansisse testatur Herodotus. Ceterum Herodotum vituperat Athenaeus, quod duas mulieres male permiscuerit: cum Doricha enim Charaxo rem fuisse, non cum Rhodopide. Nimirum Ῥοδώπιδες plures eius condicionis mulierculae ab amatoribus sunt cognominatae, neque si in alia hoc nomen repertum sit, efficitur, Doricham non esse Ῥοδῶπιν dictam. Sed Sappho, quae nequaquam per blanditias cum ea agebat, vulgari nomine Δωρίχαν appellavit, ut praeter Athenaeum docent Strabo et Suidas ac Photius Lex. v. Ῥοδώπιδος ἀνάθημα. Nam redeuntem fratrem carmine acriter obiurgavit, mulierem ut avaram et fraudulentam insectata, testibus Herodoto et Athenaeo.

Filiam habuit Clidem, conceptam, ut Suidas tradit, ex coniugio Cercolae Andrii, ditissimi hominis. Ἐγαμήθη, inquit, ἀνδρὶ Κερκώλᾳ, πλουσιωτάτῳ, ὁρμωμένῳ ἀπὸ Ἄνδρου, καὶ θυγατέρα ἐποιήσατο ἐξ αὐτοῦ, ἣ Κλεὶς ὠνομάσθη. De filia dubitationem tollit fragm. LXXVI. quod, quamquam ab Hephaestione sine nomine auctoris prolatum, aliunde probabile est Sapphonis esse, cui antiquitus tributum Suidae verba declarant. Non nominatam alloquitur filiam fragm. XXVIII. memorat Ovid. Heroid. 15, 70. 120. Mariti nomen potest penultima correpta ad terminationem in nominibus propriis non raram redigi, qualia Lobeckius ad Phryn. p. 613. collegit. Quis autem credat quemquam in Graecia tam obsceno nomine fuisse? nam Κερκιδᾶς quidem κερκίδι cognominatus est. Inditum est homini vocabulum, non serio a parentibus, sed ridicule a Comicis Sapphonis memoriae infensis, quod proprii nominis speciem referret, ac turpissimae rei cogitationem auditori iniiceret, praesertim quum pariter formatum exstet πειόλης, ab oblivione assertum illud a Grammaticis, qui tamen vitiose in huius quoque penultima ω̄ propagarunt, ὄλλυμι verbum inesse arbitrati, donec veram rationem aperuit Lobeckius. Nec negligi debet gentile nomen, cum ἀνδρίᾳ, virilitate, coniunctum, ut hic homo affinis cognoscatur Σεβίνῳ τῷ Ἀναφλυστίῳ Aristophanis Ran. 430; alios enim huius poetae in deligendis nominibus pagorum lusus praetermittimus. Coniecturae ex nominis ratione ductae aliquid subsidii accedit e verbis vel Suidae, vel eius scriptoris, cuius librum compilavit,

ὁρμωμένῳ ἀπὸ Ἄνδρου. Neque enim illa significare possunt, *qui ex Andro immigravit*, nec omnino veteres solebant nisi gravissimis de caussis solum vertere; et inepte dicta essent, si hoc scriptor vellet, *qui in insula Andro sede fortunarum statuta mercaturam factitabat, Andro quasi ὁρμητηρίῳ quodam utebatur:* saltem necesse ita erat, ut Sappho patria excederet, qua de re nihil relatum reperimus. Immo velut praesentem ea ostendunt hominem cummaxime Andro advectum, planeque in eum conveniunt, quem inductum in scenam suspicamur. Huic potissimum ob virtutem propriam nupsit Sappho, nempe in comoedia. Neque illud nos commovet, quod Suidas Cercolam suum πλουσιώτατον scribit, quem nos inopem et temere per terras et maria errantem cogitamus, donec isto portu receptus est: talis enim laus e ridicula nobilitatis iactatione manare poterat. Haec igitur si acta in comoedia, qua poetria nostra licenter laceraretur, in librum Hygini fabulis similem derivata erant, infimae aetatis scriptorem, omnia undique corradentem, facile poterant in fraudem impellere.

Aetatem Sapphonis Athenaeus XIII. p. 599. c. tradit in Alyattis tempora incidisse, qui ab Ol. 38, 1. ad Ol. 52, 2. Lydis imperasse fertur, Suidas et Eudocia ad Ol. 42, Eusebius in Chronicis ad Ol. 44. referunt. Inepte Cedrenus Annal. p. 82. aequalem facit Cranao, Atheniensium regi. Vixit potius eodem quo Alcaeus, Stesichorus, Pittacus tempore, ut vere Strabo XIII. p. 617. Suidas et Eudocia annotant. Alcaei versibus respondet fragm. LXI, ab eodem compellatur hoc versu, Ἰόπλοχ' ἁγνὰ μελιχόμειδε Σαπφοῖ, qui ab Hephaestione servatus est p. 80. Sed temporibus neglectis Hermesianax in elegia, quam Athenaeo XIII. p. 597. b. acceptam referimus, ab Anacreonte, Diphilus ἐν Σαπφοῖ δράματι ab Archilocho et Hipponacte amatam fecerant, per lusum, ut prudenter iudicat Athenaeus XIII. p. 599. d. De Iambographis nemo unquam dubitavit: Anacreontis aetatem aliquando accuratius finiemus, nunc tantum dicimus, nunquam ab illo Sapphonem visam esse. De versibus, quos Chamaeleon ἐν τῷ περὶ Σαπφοῦς ut Anacreontis carmini a Sapphone oppositos excitaverat, breviter sub finem libelli monebitur. Quousque vitam produxerit, nullo testimonio constat: nam et vocabulum γεραιτέρα fragm. XX. nimis est vagum, neque ex Herodoti verbis II, 134. sequitur, Amasidis tempora eam attigisse, qui Ol. 52, 3. rerum potitus est, quum multo ante Graecis Aegyptum Psammitichus aperuerit, Rhodopidem autem Amasidis aevo vixisse Herodotus ita tantum scribat, ut ab extrema antiquitate eam amoveat, ex illius saeculi regibus nomen adhibeat Graecis notissimum: uti statuit Perizon. ad Aelian. V. H. XIII, 33.

Patria vel ipsam vel fratres Mytilenaeos dicunt Herod. II, 135. Mosch. 3, 92. Strabo XIII. p. 617. Athen. X. p. 424. extr. Schol. Plat. Phaedr. p. 312. Tullius Laurea in Anthol. Pal. VII, 17. et Damocharis in Append. eiusdem Anthol. ex Anthol. Planud. ducta IV, 310. Eresiam faciunt Suidas et Eudocia, Dioscorides in Anthol. Pal. VII, 407. et inscriptio adulterina statuae cuiusdam in Gronov. Thes. T. II. tab. 34. A poetria Mytilenaea meretricem Eresiam discernit Athen. XIII. p. 596. e. praeeunte Nymphide, quam Lesbiam omnino dicunt Aelianus V. H. XII, 19. Suidas v. Φάων, Photius Lex. vv. Λευκάτης et Φάων, Apostolius Proverb. 20, 15. Ex his autem, qui aliam ac Mytilenaeam poetriam statuunt meretricem, Phaonis amore non poetriam sed alteram arsisse tradunt Athenaeus, Suidas Photiusque v. Φάων, et Apostolius, iidemque, excepto Athenaeo, voto non potitam hanc e rupe Leucadia desiluisse

totidem verbis testantur. De patria meretricis a ceteris dissentit Suidas v. *Σαπφώ*. Postquam enim poetriam Eresiam appellavit, talia subiicit: *Σαπφὼ Λεσβία ἐκ Μιτυλήνης, ψάλτρια. αὕτη δι' ἔρωτα Φάωνος τοῦ Μιτυληναίου ἐκ τοῦ Λευκάτου κατεπόντισεν ἑαυτήν. τινὲς δὲ καὶ ταύτης εἶναι λυρικὴν ἀνέγραψαν ποίησιν.* Cuius loci verba postrema docent, ipsum scriptorem carmina lyrica nulla censere a psaltria sua Mytilenaea composita. E Suidae annotatione pleraque repetiit Hesych. Miles. p. 36. Iam dixerit aliquis, quoniam Eresus cum plerisque insulae oppidis in ditione Mytilenaeorum fuerit, more veterum factum esse, ut Mytilenaea vocaretur, quae proprie esset Eresia. Neque est ea sententia iccirco improbanda, quod memoriam eius Mytilenaei egregiis honoribus coluerint. Quum vero in eadem urbe cum Alcaeo degisse videatur, veri fuerit similius, si modo iure et Eresia et Mytilenaea appellatur, Ereso eam in urbem insulae principem commigrasse. Videndum est autem, ne non temere Eresiae vocabulum fere cum Phaonis amore, cum saltu Leucadio, et cum vita meretricia coniungatur. Poetriae Sapphonis furore Phaonem nobilitatum praeter Ovidium Heroid. epist. 15. testantur Palaephatus de Incred. c. 49, Eudocia v. *Φάων*, Apostolius Provv. 20, 15. his verbis usi: *Οὗτος ὁ Φάων ἐστὶν, ἐφ' ᾧ τὸν ἔρωτα αὐτῆς ἡ Σαπφὼ πολλάκις ᾆσμα ἐποίησεν*, quae haud dubie restituerunt pro vulgatis olim *αἷμα ἐποίησεν*. Apostolius enim locos Suidae et Palaephati conglutinavit, quamquam inter se repugnantes. In ipsius carminibus erant, quibus Phaonem deperire se fateretur, et iam Athenaeus et vel antiquior illo scriptor Nymphis opinabantur, Phaonem cum meretrice Eresia, non cum poetria, rem habuisse? Num igitur minus diligenter hi in Sapphonis libris versati erant cognoscendis, an illam usque ad aetatem bona pars eorum interciderat, an minus frequenter in iis Phaonis nomen comparebat, quam isti nos iubent credere? Fortasse haec singula aliquid valent, at licet quaerere, quos fontes Palaephati adierint, a vetustioribus illis non consulto spretos. Porro meretricem Sapphonem qui saltum Leucadium ausam dixerint, supra declaravimus: sed vel addita poetriae significatione, vel non addita meretricis appellatione, poetriae id facinus adscribunt Menander Comicus ap. Strab. X. p. 452. *Ἔχει δὲ ἡ πέτρα τὸ τοῦ Λευκάτα Ἀπόλλωνος ἱερὸν, καὶ τὸ ἅλμα τὸ τοὺς ἔρωτας παύειν πεπιστευμένον· Οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφώ, ὥς πού φησιν ὁ Μένανδρος, Τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα Φάων' Οἰστρῶντι πόθῳ ῥῖψαι πέτρας Ἀπὸ τηλεφανοῦς.* Ovidius, cuius Heroid. epist. 15. vs. 171. Naias poetriae praecipit: *Pete protinus altam Leucada, nec saxo desiluisse time;* et vs. 219. ipsa Sappho: *Hoc saltem miserae, crudelis, epistola dicat, Ut mihi Leucadiae fata petantur aquae.* Statius Silv. V, 3, 155. *Saltus ingressa viriles Non formidata temeraria Leucade Sappho.* Alciphro III, 1. *Ἢ τούτῳ μιγήσομαι, ἢ τὴν Λεσβίαν μιμησαμένη Σαπφὼ, οὐκ ἀπὸ τῆς Λευκάδος πέτρας, ἀλλ' ἀπὸ τῶν Πειραϊκῶν προβόλων ἐμαυτὴν εἰς τὸ κλυδώνιον ὦσω.* Ausonius Id. 6, 21. *Et de nimboso saltum Leucate minatur Mascula Lesbiacis Sappho peritura sagittis.* Idem Epigr. 92. aliis, quae funestum ob amorem necem sibi consciverunt, adiicit *fastiditam Phaoni;* imitatus fortasse Ovidium Amor. II, 18, 26. Ad fortem animum, maxime hoc facto probatum, referunt vocem Horatii Epist. I, 19, 28. *Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho;* licet cogitatio, tantum concedunt, artificii poetici adiuncta sit, quae sane ex sententia versus sola potest lectori oboriri. Ambigens, utra sententia verior sit, Photius in Lexico: *Λευκάτης,*

σκόπελος τῆς Ἠιείρου, ἀφ' οὗ ῥίπτουσιν αὐτοὺς εἰς τὸ πέλαγος οἱ ἱερεῖς. Σαπφὼ δὲ πρώτην ἐπὶ Φάωνι τοῦτο ποιῆσαι τὴν ποιήτριαν, οἱ δὲ τὴν ἑτέραν· ἐγένετο γὰρ ἄλλη Λεσβία ἑταίρα. Quibus in verbis pro absono ἱερεῖς Schleusnerus probabiliter coniicit ἐρασταὶ scribendum.

Ut autem dubitari posset, utrum illa, quae propter Phaonis amorem ex famosa rupe praecipitem se dedisse ferebatur, Sappho intelligeretur poetria an alia eiusdem nominis meretrix, hac re effectum est, quod nobilissimae poetriae Comici eos mores affinxerant, qui lectoribus doctis et diversa de illa opinione imbutis nimis ab ea alieni viderentur. Sapphonis nomine inscriptas comoedias docuerant Amphis, Antiphanes, Ephippus, Timocles, Diphilus, testantibus Antiatticista in Anecdd. Gr. Bekkeri p. 89, Polluce VII. extr. et Athen. X. 450. e. XIII. 572. c. VIII. 339. c. XI. 487. a. XIII. 599. d. Praeterea non est dubium, quin traducta sit in Platonis Phaone, de cuius fabulae argumento disseruit Meinekius Quaest. scen. II. p. 25. Phaonem Antiphanis quando Pollux laudat locis iis, quos Sapphonis fragm. LIV. apponimus, eandem comoediam videtur dicere, quae Sappho inscribebatur. Verum etiam quid Cratinus, quid Marsyas minor de Phaone finxerit, discimus ex Athenaeo II. p. 69. d. En largum proventum hominum, qui etiam gravissimos et innocentissimos viros procacius vellicare consueverant, contra Sapphonis existimationem veluti conspirantium. Tam ingenue illa calores suos fidibus commiserat, Horatii verba sunt Carm. IV, 9, 11. ut non sine specie probabilitatis posset lasciviae insimulari. Ex Ephippi fabula paucos versus Athenaeus protulit, sed eos tales, qui, qualibus moribus haec Sappho sit, coniecturam fieri sinant. Timocles Misgolam inducit, delectum et ob nomen et ob mores ex Aeschinis in Timarchum oratione cognitos. Quid est mirum, si homo a doctrina quam ab iudicio instructior, quum nec mores nec tempora congruere intelligeret, hanc Sapphonem negaret poetriam esse, malletque cognominem aliquam meretricem comminisci. Id quod docuimus a Nymphide factum esse. Tali contubernio dignus est Cercolas iste Andrius. Quae lyricam artem factitabat, in psaltriae locum depressa est, ut e Suidae articulo cognoscitur: quod vitae genus non multum distat a quaestu meretricio. Haec in comoedia psaltria tam dissimilis poetriae erat, ut Suidas quasi dubitans annotare potuerit, fuisse, qui poesi lyricae hanc inscriberent. Fortasse autem scenam, in qua ista inter nautas et convenas spectaretur, maluerunt nonnulli Eresi quam Mytilenae constituere. Nam fractis bello Peloponnesiaco navalibus Lesbiorum copiis, si exteri, imprimis Athenienses, merces ante eam aetatem Mytilenaeorum navibus exportatas in ipsa insula coempturi appellerent, commodius sita erat Eresus, ut mare apertum prospiciens. Hoc potissimum oppidum a mercatoribus adiri solitum esse, inde etiam coniectetur, quod Eresium fere vinum et hordeum celebratur, sive revera eximiae bonitatis iis locis erant, sive quae in tota insula proveniebant, ab uno oppido sunt denominata. Habes caussam vero non absimilem, cur meretricem suam Nymphis Eresiam fecerit. Rursus qui antiquam poetriam describi senserant, nimis credili illi et ceteras fabellas et habitationem Eresi fixam in commentarios retulerunt, ut a Suida factum est, qui tamen, quoniam de duabus Sapphonibus dici audierat, psaltriam ait Mytilenaeam fuisse. Iniquam de poetria opinionem, quam ex comoediis spectatis lectitatisque homines imbiberant, suo ingenio blandientem, expressit Ovidius, et in Epistola saepius nobis commemorata, et Art. Amat. III, 331. Remed. Amor. 761. Trist. II, 365.

Non graviore auctore parum castam dicit Martialis Epigr. VII, 69. X, 35, 15. Nam Tatianus, orat. ad Graecos c. 54. quod increpat: *ἡ μὲν Σαπφὼ γύναιον πορνικὸν ἐρωτομανὲς, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀσέλγειαν ᾄδει*, id quidem ex ipsis carminibus leviter inspectis acerrime iudicatum est; sicut Appuleius quoque Apolog. p. 413. insolentiam linguae carminum dulcedine commendari arguit. Nempe qualia Sapphonis carmina vel sunt vel erant, varias interpretationes patiuntur, prout ingenium scribentis informaveris. Criminationibus per comoediam divulgatis occurrere cupiens Didymus quaesierat, Sapphone publica fuisset, derisus eo nomine a Seneca sub finem Epist. 88: neque enim iis assensum esse, hinc fit probabile, quod quaesivit.

Quam ambigua sit fides eorum, qui Phaonis nomen poesi Sapphonis celebratum tradunt, suo loco annotatum est. Comoedia eum non semel ostendit, unde portentosas narrationes repetierunt Plinius H. N. XXII, 8. Aelianus V. H. XII, 18. Lucianus Dial. mort. 9. Servius ad Virgil. Aen. III, 279. Palaephatus de Incred. c. 49. Eudocia v. *Φάων*, Apostolius Provv. 20, 15. Quoniam autem nec nomen risus captati suspicionem praebet, et persona tam studiose miraculis exornata est, libenter credimus Comicos eum ex poetriae carminibus petivisse, credimus Phaonem revera vixisse, Sapphonisque amori parum respondisse. Primum carmen eorum, quae aetatem tulerunt, ad Phaonis desiderium pertinere, pariter dicere ac negare licet. Quodsi Phaon ex Comicorum fabulis inferiorum saeculorum hominibus innotuit, ex eodem fonte ductum illum rumorem increbruisse manifestum est, quo Sappho, utpote spreta a Phaone, Leucadiae rupis remedium tentasse perhibebatur: quapropter hac quoque in re inter veteres ambigitur, utra ex illis Sapphonibus sit cogitanda, quarum distinctionem docuimus comoediarum diversis interpretationibus deberi. Quamquam quis neget fieri potuisse, ut ex vetere fama Comici rem assumerent; quis incredibile existimet, mulierem eius animi, quem vel tantulae reliquiae produnt, amoris stimulis agitatam, repulsae dolore oppressam, ad desperationem deductam tale facinus patrasse. Rursus obiicias, forsitan illam in carmine, quo irritum Phaonis amorem deploraret, unam sibi hanc salutis viam reliquam scripsisse, velut Anacreon ait, etsi is alio mentis affectu, ap. Hephaest. p. 130. *ἀρθεὶς δηὖτ' ἀπὸ Λευκάδος πέτρης, ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι*. Ex tali igitur dicto Comicos rem factam putes finxisse. Hac in dubitatione non est nihili aestimandum silentium Ptolemaei Hephaestionis, cuius ex libro septimo *τῆς εἰς πολυμάθειαν καινῆς ἱστορίας* Photius Biblioth. cod. 190. plures et mares et feminas enumerat, qui eo saltu vel insania amoris soluti sint vel perierint, Sapphonis nomen iis non inserit. Per autem mirum est, quum Ptolemaeus de singulis exitum rei adscripserit, utrum clarissima poetria servata sit an interierit, a nemine diserte tradi. Ovidius quidem mori noluisse Heroid. 15, 180. 190, Ausonius Epigr. 92. mortem sumpsisse significant, Suidas v. *Σαπφὼ* Mytilenaeam psaltriam scribit *ἐκ τοῦ Λευκάτου καταποντίσαι ἑαυτήν*: e fluxis opinionibus omnes, nemo re explorata.

Puellis Sapphonem familiariter usam his verbis docet Maximus Tyrius dissert. XXIV. *Ὁ τῆς Λεσβίας ἔρως, εἴ τοι χρὴ πρεσβύτερα τοῖς νέοις εἰκάσαι, τί ἂν εἴη ἄλλο ἢ ἡ Σωκράτους τέχνη ἐρωτική; Δοκοῦσι γάρ μοι τὴν κατὰ ταὐτὸ ἑκάτερος φιλίαν, ἡ μὲν γυναικῶν, ὁ δὲ ἀῤῥένων ἐπιτηδεῦσαι. καὶ γὰρ πολλῶν ἐρᾶν ἔλεγον, καὶ ὑπὸ πάντων ἁλίσκεσθαι τῶν καλῶν. ὅτι γὰρ ἐκείνῳ Ἀλκιβιάδης καὶ Χαρμίδης καὶ Φαῖδρος, τοῦτο τῇ Λεσβίᾳ Γύριννα καὶ*

Ἄτθις καὶ Ἀναξτορία· καὶ ὅ,τι περ Σωκράτει οἱ ἀντίτεχνοι, Πρόδικος καὶ Γοργίας καὶ Θρασύμαχος καὶ Πρωταγόρας, τοῦτο τῇ Σαπφοῖ Γοργὼ καὶ Ἀνδρομέδα· νῦν μὲν ἐπιτιμᾷ ταύταις, νῦν δὲ ἐλέγχει καὶ εἰρωνεύεται αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ Σωκράτους. Et Suidas v. *Σαπφώ*: *Ἑταῖραι αὐτῆς καὶ φίλαι γεγόνασι τρεῖς, Ἄτθις, Τελεσίππα, Μεγάρα, πρὸς ἃς καὶ διαβολὴν ἔσχεν αἰσχρᾶς φιλίας· μαθήτριαι δὲ αὐτῆς, Ἀναγόρα Μιλησία, Γογγύλα Κολοφωνία, Εὐνείκα Σαλαμινία.* Ubi pro Telesippa plures substituunt Telesillam, certe non Argivam poetriam: at quum alia utriusque sexus nomina frequententur ex *ἵππῳ* composita, tum Telesippum reperimus in versu Anaxilae Comici ap. Polluc. II, 3, 34. Ab Ovidio nominantur ut ante Phaonem amatae a poetria, Pyrino, Mnais, Amythone, Cydno, Atthis, Heroid. 15, 15 seqq., ex quibus in pluribus exemplis Amythone cessit Anactoriae, nec sane versui illa convenit, sed hoc nomen potius in Suidae Anagora possit delitescere: Pyrino fortassis ab ipso Ovidio nuncupata est, quae a Maximo Gyrinna, a Sapphone fragm. XLII. Gyrinno appellatur; quamquam totius versus Ovidiani, ex quo Pyrino et Mnais proferuntur, incerta est lectio. Damophilam Pamphyliam narrat Apollonius Tyanensis apud Philostratum I, 30, postquam familiariter cum Sapphone vixit, exemplo eius et carmina condidisse et cum aliis virginibus familiaritatem contraxisse. Erinnam quoque amicam eius faciunt Suidas v. *Ἠριννα* et Eustathius ad Il. *β*, p. 247. Bas. Ipsa simul cum Gyrinna Mnasidicam laudat fragm. XLII. Atthidem frr. XIV. XXXVII. Quas vero amabat, si recte Maximus Tyrius iudicat, eas erudiebat, ut Socrates suos philosophia, ita illa musica arte. Quocum ita licet Suidam conciliare, amicas et discipulas distinguentem, ut discipulae cogitentur, quae, quum domum illius ut exterae non possent convenire, ad poematum eius imitationem se componebant. Sed ipsas cives, quae in quotidianam consuetudinem se dederant, quum aliae mulieres suis familiaritatibus implicare conarentur, graviter ea re conqueritur, velut quod Atthis sibi Andromedam anteponat, fragm. XXXVII. quam mulierem ut rusticam perstringit fragm. XXIII. cui, si vere divinamus, nescio quid male cessisse laetatur fragm. LVIII. Puellam a Gorgone suum ad sodalitium desciscentem salutare videtur fragm. XCI. Inter iniquas eam etiam Polyanactis filiam habuisse, Maximi Tyrii verba fragm. LXXX. praemissa ostendunt. Aemulae nescio cui musicae artis imperitiam exprobrat fragm. XIX. Fortasse puellas maxime dicit, etsi sexu verbis non distincto, fragm. LXXXVII. ubi pro beneficiis sibi non parem gratiam referri queritur. Quod igitur Horatius *querentem puellis de popularibus* describit, Carm. II, 13, 24. ad utrasque, et ad dilectas virgines et ad invidas mulieres pertinere potest. Verum ut ob has puellarum amicitias aequalium simultates subiit, ita graviore contumelia eodem nomine apud citerioris aevi scriptores obruta est. Itaque quoniam Ovidius, dum suam culpam elevat, Trist. II, 365. nihil aliud eam puellas docuisse ait nisi amare, ac tamen tutam fuisse, verbis ille quidem cum Maximo Tyrio concinens, re discrepans; quoniam idem poeta Heroid. 15, 201. infamem earum amore factam, Suidas impudicae consuetudinis cum iisdem habitae crimine notatam scribunt; quoniam Horatius, de invento poetico, Ausonius, de saltu Leucadio loquens, masculam dicunt; quoniam Lesbiae mulieres foedarum libidinum criminibus incusantur: Sapphonem tamquam *τριβάδα* diffamarunt Domitius Calderinus et Britannicus, crediderunt que calumniae omnes, donec eam Frid. Theoph. Welckerus singulari libro, Gottingae a. 1816. edito, contudit, quo libro in iis quoque, quae de

ceteris Comicorum cavillationibus scripsimus, egregie adiuti sumus. Demonstrat autem Welcerus, immanem istam libidinem vel corruptissimis moribus ac detestabilem veteribus visam esse, neque eius ullum exemplum in poesi amatoria, ceteroqui nimis spurca, reperiri. Profecto si tali infamia iam apud veteres Sappho oppressa fuisset, non cum illo portento libidinis coniungerentur Theano et Diotima ad explendam consummatae mulieris imaginem, cui Sappho τὸ γλαφυρὸν τῆς προαιρέσεως, elegantiam consilii impertiret: id quod factum est a Luciano Imag. 18. Non ab eodem scriptore Amor. 30. tamquam sexus sui decora producerentur Telesilla, Sappho, Theano, quae pro mulieribus caussam dicerent adversus viros puerorum amoribus deditos: parum probabiliter paedicatores impugnaret, quae istius flagitii crimine teneretur. Et Aristoteles Rhet. II, 23. a Pariis ait honoratum Archilochum, quamquam conviciatorem, a Chiis Homerum, quamquam non civem, a Mytilenaeis Sapphonem, quamquam mulierem. Nonne adversi rumoris, si ad ipsum pervenisset, tali loco fuisset mentionem iniecturus? Neque Athenaeus, verbis iis, quibus fragmm. XLVII. LXVII. subiiciuntur, ἑταίρας nomen demonstraturus interdum omni probro vacare, Sapphonis versu uti dubitat, quo de suis ἑταίραις loquitur; ne defensa quidem fama ista, quae si iam tum percrebruisset, vix ille fuisset omissurus, quin verbo poetriam culpa liberaret.

Postremo in marmore Pario Ep. 37. ita scriptum est: [*ΗΗΗΔ*]*ΔΔΔΙ*, *ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκλέους, ἀφ' οὗ Σαπφὼ ἐγ Μίτυληνης εἰς Σικελίαν ἔπλευσε φυγοῦσα . . . . . ολ . . θ . . . . . τος Ἀθήνησι μὲν Κριτίου τοῦ προτέρου.* Pro *ἀφ' οὗ* scribendum est *ἐφ' οὗ*. Quo tempore Aristocles magistratum gesserit, non constat, nam anni nota, quam ipse lapis habet, ex coniectura suppleta est. Neque quidquam de caussa exilii compertum habemus, de qua fortasse dictum erat, ubi lacuna signatur. Turbis civilibus immixtam fuisse, quod opinatur Barthelemius Anachars. suppl. cap. 3. adstipulante Visconto Iconogr. Gr. T. I, 2. 3, vero absimile existimamus, quum nusquam in eius reliquiis publicae curae ullum vestigium deprehendatur. Quia autem Ovidius Heroid. 15, 51. haec eam facit Phaoni scribentem: *Nunc tibi Sicelides veniunt nova praeda puellae; Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse volo:* satis leviter alii coniecerunt, profugum Phaonem poetriam in Siciliam secutam esse, et demum ea spe falsam Leucadem abiisse. Tenue est, quod Antipater Sidonius et Tullius Laurea in Aeolide terra et Aeolico tumulo conditam dicunt, Anthol. Pal. VII, 14, 17.

Ingenio se negat esse odii tenaci fragm. XXIX. Praeterea de moribus eius nihil testatum est; neque enim docuimus caste pureque vixisse, sed tantum contrariam sententiam inanibus auctoritatibus defendi. Forma brevem, non candidam omninoque minus commendabilem describit Ovidius Heroid. 15, 31 seqq., quocum consentit Maximus Tyrius dissert. XXIV, καλὴν a Platone Phaedr. p. 235. c. nuncupatam ob carminum suavitatem arbitratus, *καίτοι μικρὰν οὖσαν καὶ μέλαιναν.* Ac sane, licet eodem vocabulo eam ornent Plutarchus, Athenaeus, Iulianus, Themistius, Eustathius, Anna Comnena, infirmo stat documento mulieris pulchritudo, si ea laude nunquam visam homines aliud agentes decorant, praesertim Graeci, qui revera hoc vocabulum viris etiam propter librorum venustatem non raro largiuntur.

Sed ut de elegantia formae anceps est iudicium, ita uno ore omnes poesis veneres exquisitis laudibus celebrant. Strabo XIII. p. 617. *Σαπφώ*, inquit, *θαυμαστόν τι χρῆμα· οὐ*

γὰρ ἴσμεν ἐν τῷ τοσούτῳ χρόνῳ τῷ μνημονευομένῳ φανεῖσαν τινα γυναῖκα ἐνάμιλλον οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐκείνῃ ποιήσεως χάριν. Quae excerpsit Eustathius in Dionys. Perieg. 537. Tamquam proprio nomine poetriam dici scribit Galenus Protrept. c. 2, tantumque mulieribus poesi praestare, quantum viris Homerum Antipater censet in Anthol. Pal. VII, 15. Unde qui feminis versiculos facientibus adulari vellent, cum Sapphone eas certare praedicabant, ut Catullus 35, 16. miselli homines, de quibus Lucianus de merc. cond. c. 74. Martialis VII, 69. In sapientibus numerat Plato Phaedro p. 235. b. c. eique laudationi subscribit Aelianus V. H. XII, 19. Plutarchus de orac. Pyth. T. IX. p. 256. Hutt. Οὐχ ὁρᾷς, εἶπεν, ὅσην χάριν ἔχει τὰ Σαπφικὰ μέλη, κηλοῦντα καὶ καταθέλγοντα τοὺς ἀκροωμένους; Et Sympos. VII, 8. Σαπφοῦς ἀναδεχομένης καὶ τῶν Ἀνακρέοντος, ἐγώ μοι δοκῶ καταθέσθαι τὸ ποτήριον αἰδούμενος. Idem in Amatorio T. XII. p. 42. dignam existimat, quae apud Musas commemoretur. Ipsis Musis annumerant Epigrammatum poetae, Plato, Antipater Sidonius, Dioscorides in Anthol. Pal. IX, 506. 66. VII, 14. 407. nescio quis ibidem IX, 571. Ausonius Epigr. 32; immortalitatem nomini et carminibus promittunt Pinytus, Tullius Laurea et alius quidam in Anthol. Pal. VII, 16. 17. IX, 521. Inter inclita ingenia Asiatica locum ei assignat Solinus c. 43. Lesbios hac cive gloriatos ait Lucianus Amor. c. 30, imaginem eius in nummis Mytilenaeorum expressam fuisse testatur Pollux IX, 6, 84, quem honorem ei quamquam mulieri a civibus habitum non dubie significat Aristoteles Rhet. II, 23. Statuam a Silanione ex aere egregie factam, et a Verre de prytaneo Syracusanorum sublatam, cognoscimus ex Cicerone in Verr. II, 4, 57. et Tatiano orat. ad Graecos c. 52. Psaltriae habitu pinxerat Leon, teste Plinio H. N. XXXV, 40. Quoniam autem, qui nummi Sapphonis imagine signati quaeque eiusdem effigies hodie exstare dicuntur, tantum non omnes doctorum hominum suspiciones moverunt, eius vero nummi, quem Welckerus in libro de moribus Sapphonis p. 11. a Broendstedio ex Graecia allatum scribit, nondum publici iuris facta est descriptio, neque nobis contigit, ut librum de imaginibus Sapphonis et Alcaei in vasculo antiquo pictis Vindobonae a. 1822. editum videremus: totam hanc quaestionem in aliud tempus differre placuit.

Quanti ab omni erudita antiquitate poetria nostra aestimata sit, id quidem idoneis testimoniis est comprobatum: qua vero peculiari virtute tantas laudes meruerit, vel ex ipsis reliquiis vel ex eorum iudiciis existimatorum cognoscendum erit, qui disertius proprietatem carminum eius descripserunt. Itaque Dionysius Halicarnassensis de comp. verb. c. 23. compositioni politae et venustae eam docet studere, id est illi, quae non singulorum vocabulorum ac sonorum magnificentiam et gravitatem affectat, sed et nomina et membra orationis apte colligari, omniaque periodo concludi iubet, ut oratio molli et continuo flumine quodam delabatur, quapropter etiam membris immodicae longitudinis et concisae brevitatis aeque abstinet. Cuius rei exemplum affert carmen primum. Eadem tradit in libro de vi dicendi Demosthenis p. 188. Demetrius autem de elocut. c. 132. Εἰσὶν αἱ μὲν ἐν τοῖς πράγμασι χάριτες, οἷον Νυμφαῖοι κῆποι, ὑμέναιοι, ἔρωτες, ὅλη ἡ Σαπφοῦς ποίησις· τὰ γὰρ τοιαῦτα, κἂν ὑπὸ Ἱππώνακτος λέγηται, χαριέντά ἐστι, καὶ αὐτὸ ἱλαρὸν τὸ πρᾶγμα ἐξ ἑαυτοῦ· οὐδεὶς γὰρ ἂν ὑμέναιον ᾄδοι ὀργιζόμενος, οὐδὲ τὸν Ἔρωτα Ἐριννὺν ποιήσει ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ ἢ Γίγαντα, οὐδὲ τὸ γελᾶν κλαίειν. Et c. 166. 167. Ἡ Σαπφὼ περὶ μὲν κάλλους ᾄδουσα καλλιεπής ἐστι καὶ ἡδεῖα, καὶ

περὶ ἐρώτων δὲ καὶ ἥρος καὶ ἀλκυόνος· καὶ ἅπαν καλὸν ὄνομα ἐνύφανται αὐτῆς τῇ ποιήσει, τὰ δὲ καὶ αὐτὴ εἰργάσατο. Ἄλλως δὲ σκώπτει τὸν ἀγροῖκον νυμφίον, καὶ τὸν θυρωρὸν τὸν ἐν τοῖς γάμοις, εὐτελέστατα καὶ ἐν πεζοῖς ὀνόμασι μᾶλλον ἢ ἐν ποιητικοῖς. ὥστε αὐτῆς μᾶλλόν ἐστι τὰ ποιήματα ταῦτα διαλέγεσθαι ἢ ᾄδειν, οὐδ' ἂν ἁρμόσαι πρὸς τὸν χορὸν ἢ πρὸς τὴν λύραν, εἰ μή τις εἴη χορὸς διαλεκτικός. Ab eodem Sappho laudatur ob usum tempestivum ὑπερβολῆς, ἀναδιπλώσεως, ἀναφορᾶς, μεταφορᾶς, παραβολῆς, μεταβολῆς, additis singulorum schematum exemplis c. 127. 162. 140. 141. 142. 146. 148. Porro Longinus de sublimi c. 10. in carmine secundo amatorii furoris affectiones ita ostendit depingi, ut summa quaeque et eligantur et inter se connectantur, eaque re sublimitatis speciem efflorescere. Et Plutarchus Amator. c. 18. T. XII. p. 43. Αὐτὴ δὲ ἀληθῶς μεμιγμένα πυρὶ φθέγγεται, καὶ διὰ τῶν μελῶν ἀναφέρει τὴν ἀπὸ τῆς καρδίας θερμότητα, μούσαις εὐφώνοις ἰωμένη τὸν ἔρωτα. Sententia consimili, qua haec extrema dicta sunt, Aristoxenus eam scripsit, aeque ac sua Alcaeum, volumina sodalium loco habuisse, testante Porphyrione in Horat. Serm. II, 1, 30.

Ex carminibus eius nominatim celebrantur Epithalamia a Dionysio Halicarnassensi Art. Rhet. p. 37. Himerio Orat. 1, 4. qui huic uni thalamum et Veneris orgia canenda a ceteris poetis permissa esse oratorie scribit. Adde Dioscoridem Anthol. Palat. VII, 407. aliumque poetam IX, 189, a quo Lesbiae Sapphone duce Iunonem, Pronubam non dubie, choreis colere iubentur. Haec Sapphonis Epithalamia Catullum imitatum putat Is. Vossius ad Catull. p. 189, et supersunt satis multi versiculi, quos vel scriptorum auctoritas vel sententiarum verborumque ratio huic generi vindicant. Singulari libro ea comprehensa esse, fidem non facit Servius ad Virgil. Georg. I, 31. (XLIX.) Hymnos eius κλητικοὺς laudat Menander Rhetor de encom. I, 2. κλῆσιν ἔχοντας πολλῶν θεῶν, de quibus I, 3. ita disserit: Ἅμα μὲν ἐκ πολλῶν τόπων τοῖς ποιηταῖς ἔξεστι τοὺς θεοὺς ἀνακαλεῖν, ὡς παρὰ τῇ Σαπφοῖ καὶ τῷ Ἀλκμᾶνι πολλαχοῦ εὑρίσκομεν. Τὴν μὲν γὰρ Ἄρτεμιν ἐκ μυρίων ὀρέων, μυρίων δὲ πόλεων, ἔτι δὲ ποταμῶν ἀνακαλεῖ, τὴν δὲ Ἀφροδίτην Κύπρου, Κνίδου, Συρίας, πολλαχόθεν ἀλλαχόθεν ἀνακαλεῖ. Οὐ μόνον γε τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους αὐτοὺς ἔξεστι διαγράφειν, οἷον εἰ ἀπὸ ποταμῶν καλεῖ, ὕδωρ ἢ ὄχθας καὶ τοὺς ὑποπεφυκότας λειμῶνας, καὶ χοροὺς ἐπὶ τοῖς ποταμοῖς γενομένους, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαναγράφουσε καὶ εἰ ἀπὸ ἱερῶν, ὡσαύτως· ὥστε ἀνάγκη μακροὺς αὐτῶν γίγνεσθαι τοὺς κλητικοὺς ὕμνους. Ex tali hymno in Venerem scripto desumptum est fragm. VI. Sapphonis in Dianam hymnum imitata erat Damophila Pamphylia, si vera narrat Apollonius Tyanensis ap. Philostr. I, 30. Mentionem facit hymnorum Iulianus quoque Epist. 30. In tota autem poesi eius regnabat amor, ut praeter ipsas reliquias testatur Demetrius. Inter egregios de amore auctores laudat Plato Phaedro p. 235. c., et Plutarchus de Pyth. orac. T. IX. p. 287. pari iure hanc appellari posse dicit unam ἐρωτικήν, quo μαντικὰς Sibyllam et Aristonicam. Ἐρωτικὰ μέλη memorant Pausanias I, 25. Athenaeus XIII. p. 605. e. XIV. p. 639. a. Themittius Or. XIII. p. 170. d. Dio Chrysostomus Or. II. p. 81. Addunt Suidas et Eudocia ἐπιγράμματα καὶ ἐλεγεῖα, Suidas praeterea ἰάμβους καὶ μονῳδίας. Epigrammata quaedam supersunt, sed fidei dubiae. Versus iambicos Sappho fecit, vix autem integra ex iis carmina composuisse eam credimus. Monodiarum non est unum quoddam genus, sed maxima pars carminum singulis cantoribus, non choris, scripta erat.

Ipsis affectibus, quos carminibus expromere solebat, egregie consonat modus Mixolydius, mollis ille et flebilis, cuius etiam inventionem illi tribuit Aristoxenus, ut tradit Plutarchus de musica c. 16, alii ad Pythoclidem tibicinem, alii, de quibus ibidem c. 28, ad Terpandrum referebant. Primam inter poetas Graecos πηκτίδι usam scripserat Menaechmus Sicyonius, ut prodit Athenaeus XIV. p. 635. e.; nam hoc loco accuratius videtur locutus quam p. 635. b., ubi eundem auctorem ait πηκτίδα a Sapphone inventam praedicare. Nihil enim est, cur tantopere Pindaro diffidamus, qui fragm. 91. hoc ipso Athenaei loco servato πηκτίδα iam a Terpandro Lydorum in epulis auditam narrat, quum etiam Aristoxenus ap. Athen. IV. p. 182. f. in peregrinis instrumentis numeret. E nomine πηκτίδος Suidas et Eudocia πλῆκτρον fecerunt, quod Sappho prima excogitaverit: immo πηκτὶς sive inventa ab ea sive frequentata sine plectro digitis pulsabatur, ut Aristoxenus docet ap. Athen. XIV. p. 635. b., plectri usus erat in φόρμιγγι, vetere instrumento. Ceterum etiam τοῦ βαρώμου καὶ βαρβίτου, sui, ut videtur, mentionem fecit, ut secundum Euphorionem testatur Athenaeus IV. p. 182. f. Duplici vocabulo subesse rem eandem, confirmant Phillidis verba ap. Athen. XIV. p. 636. c. καὶ γὰρ βάρβιτος ἢ βάρμος. Utrum autem βάρωμος an βάρμος verior scriptura sit, forsitan hinc diiudicari potest, quod in Etym. M. p. 188, 21. barbitus ab Aeolibus βάρμιτος dicta esse traditur.

Aeolica dialecto eam scripsisse, et alii Grammatici testantur, et Terentianus Maurus, qui digammo usam dicit cap. 2. vs. 658. p. 2397. Putsch.: *Quamque ϝιν dicunt Achaei, hanc βίτιν gens Aeolis: Plura Sappho comprobavit Aeoles et ceteri.* Et impressa sunt reliquiis eius dialecti vestigia, renovata a nobis, ubi satis certa res videbatur: ceterum maluimus hac in caussa, praecipue in accentibus et spiritibus appingendis, inconstantiae quam temeritatis crimen suscipere. Terrebat enim exemplum Blomfieldi, nimium de proprietate dialecti Aeolicae recentissimis Grammaticis confisi, quorum decretis saepe auctoritates codicum, interdum veterum magistrorum praecepta repugnant.

Librum περὶ Σαπφοῦς ediderat Chamaeleon, cuius notitiam debemus Athenaeo XIII. p. 599. c., carmina eius interpretatus erat Callias Lesbius, teste Strabone XIII. p. 618, viva voce illustrabat Alexander Sophista, laudatus ab Aristide Epitaph. p. 85, de metris eius commentatus erat Draco Stratonicensis, ut produnt Suidas et Eudocia v. Δράκων. Ex ὑπομνήματι Σαπφοῦς ducta est vocabuli cuiusdam explicatio, de qua agitur fragm. CXVIII. Ex libro octavo Sapphonis Sopater quaedam, locos communes, ut videtur, in Eclogarum suarum librum secundum transtulerat, ut discimus e Photio Bibl. cod. 161.

Novem libros μελῶν λυρικῶν exstitisse docent Suidas et Eudocia, qui quam ad normam descripti fuerint, non addunt. Sed nemo facile putabit, ab ipsa poetria hos carminum libros coniunctim editos esse: quum a Grammaticis collectos esse pateat, certe non possunt secundum tempus, quo singula carmina composita sint, ordinati fuisse. Tradunt autem Grammatici, libros tres priores totos ex uno quemque metro fuisse, duorum consimilium versuum exempla in libro quinto reperiri, ex quo tertii cuiusdam metri versiculi, quod et ipsum illis affine est, ab alio scriptore laudantur, postremo septimi libri carmina quaedam rariore metro scripta esse: quapropter dubium haberi nequit, quin Grammatici in omni hac descriptione metrorum varietatem ita observaverint, ut frequentiora eorum in libros priores coniicerent, reliquorum plura singulis

posteriorum librorum complecterentur. Itaque hos imitati, nos quoque post illa fragmenta, de quorum sede constabat, cetera secundum metrorum ordinem exhibemus, proximo autem loco ipsa metra, quotquot apud Sapphonem reperta sunt, recensemus.

Nomen ab ea invenit stropha, ex triplicato hoc versu, –́⏑—⏓–́⏑⏑—⏑—⏓, et Adonio, –́⏑⏑—⏓, composita, unde plerumque ab eadem excogitata dicitur. Quum autem eadem Alcaeus usus sit, iam Hephaestio de metris c. 14. inventionis laudem scribit ambiguam esse. Confidentius Marius Victorinus p. 2610. et Atilius Fortunatianus p. 2681. Alcaeum repertorem, ab Alcaeo sumptum metrum praedicant, et p. 2494. Victorinus in iis ponit, quae non ab inventoribus appellata sint, sed ab his, qui crebrius usurpaverint. Tamquam inventum a Sapphone nomen accepisse, censet Diomedes p. 500. 508. Licet autem potuerit Alcaeus a Sapphone hoc metrum assumere, certe qui semel Alcaicum versum finxerat, si masculum eius vigorem vellet ad molliores affectus remittere, sponte ei Sapphicus versus occurrebat, hac sola re Alcaico impar, quod tenuiter a trochaico ordine incipiens in thesin cadit, quum ille a robusto introitu iambico in arsin desinat. Versum Sapphicum, cuius compositionem recte ostendunt Hephaestio p. 78, Plotius p. 2654, Beda p. 2377. et ipse Servius Centim. p. 1825, idem Servius p. 1819. male trochaicum trimetrum brachycatalectum dicit, Diomedes lib. III. p. 508. et Marius Victorinus p. 2610. ex ordinibus trochaico et iambico volunt constare. Sed etiam versum hunc, –́⏑——–́⏑⏑—⏑⏑—, pluribus aliis locis *Πινδαρικὸν ἐκ Σαπφικοῦ* dictum, Sapphicum appellant Schol. Pind. Nem. 1. ep. 5. et Schol. cod. Mosc. B. in Ol. 8. str. 4; idem nomen imponit huic versui, –́⏑——–́⏑⏑—, Schol. Pind. Pyth. 1. str. 3; huic, –́⏑——–́⏑⏑—⏑⏑—–́⏑—–́⏑——–́⏑—, Schol. Pind. Isthm. 5. ep. 11; postremo hoc metrum, ——–́⏑⏑—⏑⏑——–́⏑—, ap. Schol. Pind. Nem. 5. ep. 9. dicitur *Σαπφικὸν πλεονάζον μιᾷ συλλαβῇ, κατὰ τὸν ἴαμβον ἐξηλλαγμένον.* Quos errores ideo enumeramus, ne quis talibus auctoritatibus inducatur, ut istarum formarum versus in Sapphonis libris repertos credat; sicut Gaisfordus notis ad Hephaestionem, Servio confisus, versum trochaicum trimetrum brachycatalectum Sapphicum nuncupavit. Ipsius vero Sapphici versus remissionem quum aliqua gravitate Horatius temperaverit, sede secunda constanter usurpato spondeo, et dactylo ubique sive in arsi sive in media thesi inciso: neutra harum legum a poetria Graeca observata est, quare versus eius leniores Horatianis ad aures accidunt. Universa stropha ita concinnatur, ut duo priores versus integri habeantur, tertio interdum Adonius vocabulo continuato alligetur. Ut apud Sapphonem I, 11. II, 3. 11. Catullum 11, 11. Horatium I, 2, 19. II, 16, 7. III, 27, 59; nam I, 25, 11. a commissura compositi vocabuli propriam excusationem habet. Ceterum etsi is versus ob brevitatem suam sine ulla offensione cum proximo artius copulari potest, pari tamen iure eum licet, ut totius strophae clausulam efficientem, intercedente hiatu ab illo separare, ut Horatius fecit I, 2, 47. 12, 7. 31. 22, 15. licet eius rei nullum exemplum apud Sapphonem aut Catullum reperiatur. Versus autem primus et secundus strophae non sunt nexi; crebro enim in fine hiatum habent, nunquam vocabulum abruptum. Admisit quidem apostrophum Sappho I, 15. II, 9. elisionem Catullus 11, 22. et Horatius II, 2, 18. 16, 34. IV, 2, 22; verum hanc licentiam ferimus in trimetris Graecorum et hexametris Romanorum, pariter atque in apostrophò et elisione caesuram statuimus. Itaque etiamsi hac quoque licentia genus quoddam connexionis efficitur, distinguenda

ea certe est ab artiore illa, quae in vera vocabuli alicuius inter duos versus distractione cernitur. Solos Adonios quod Sappho continuasse in carmine dicebatur, ut referunt Terentianus Maurus c. 4. vs. 2159. p. 2431. ex eoque Marius Victorinus p. 2564. 2576. 2611, neque ob metri naturam credibile est, neque Terentianus talia carmina viderat.

Metri autem eius, cuius leges explicuimus, carmina primo libro fuisse comprehensa, aperta veterum testimonia declarant. Plotius enim p. 2664, postquam asynarteta metra duobus modis fieri dixit, aut quum pes in aliquo metro non suo loco ponatur, aut per antipathiam, ita pergit: *Nam genus est illud asynartetum, quo usa est Sappho per totum librum suum primum.* Inter metra autem *κατ' ἀντιπάθειαν μικτὰ* primo loco Hephaestio ponit hoc epichoriambicum Sapphicum, ut e disparibus ordinibus metricis, trochaico et choriambico compositum. Adde haec verba Schol. Pind. Pyth. 1. str. 3. *Τὸ γ' ὀκτασύλλαβον Σαπφικὸν, ᾧ τὸ πρῶτον ὅλον ἐκ Σαπφοῦς γέγραπται.* Ex quibus *ἐκ* voculam eiiciendam esse, docet lectio codicis Trichae: *ὡς τὸ α' ὅλον Σαπφοῦς γεγραμμένον.* Ad hendecasyllabum enim Sapphicum omnes ab eo Scholiasta versus referri, qui a dipodia trochaica et choriambo incipiunt, paullo ante exposuimus: unde nunc etiam quod testatur, tamquam de vero Sapphico dictum accipiendum est. Libri primi igitur sunt huius collectionis fragmenta prima tredecim.

De versibus Aeolicis disserens, id est iis qui dactylico ordini basin praefixam habent, ita scribit Hephaestio p. 42. *Τῶν ἀκαταλήκτων τὸ μὲν πεντάμετρον καλεῖται Σαπφικὸν τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον, ᾧ τὸ δεύτερον Σαπφοῦς ὅλον γέγραπται.* Aeolicum et Sapphicum nominant Terentianus Maurus c. 4. vs. 2148. p. 2481. Mar. Victorinus p. 2559. Plotius p. 2636. Tricha p. 18. 47. Argum. Theocr. 29. Apud Servium Centim. p. 1824. scribitur *Eulogiacum*, sed ibi quoque Laur. Santenius ad Terentianum e cod. Leid. lectione *Euloicum* restituit *Aeolicum*. Integra ex hoc metro Sapphonem carmina fecisse, ait Tricha p. 18, consentiens cum Hephaestione p. 116, qui *τὸ δεύτερον Σαπφοῦς συστήματα ἐξ ὁμοίων* continuisse prodit. Sapphonem inventricem eius laudant Terentianus et Victorinus l. c.; quod vero idem Victorinus p. 2555. ambigi scribit, utrum Callinus, an Archilochus, an Colophonius quidam, Mimnermum dicit, eius auctor habeatur: disceptatur ibi de invento dactylico pentametro elegiaco, non Aeolico, nomen autem Sapphici et Aeolici versus nescio quo errore irrepsit. Ceterum in basi et huius versus et ceterorum Aeolicorum quilibet pes disyllabus locum habet, dactyli non possunt spondeis variari, ut ab Hephaestione dissentiens censet Scholiasta eius p. 177, deceptus fortasse dactylicis Aeolensium versibus iis, qui basin non habent. Libri secundi sunt fragmenta quinque inde a quartodecimo.

Totum genus illud, quod ipse cum Hephaestione et poetarum Graecorum Scholiastis nominat antispasticum, praeeuntibus aliis Grammaticis Latinis choriambicum cum basi esse Hermannus docuit, ab eadem Sapphone excogitatum dicit Atilius Fortunatianus p. 2694. Hoc ex genere, inquit Hephaestio p. 60, *τὸ τετράμετρον ἀκατάληκτον καλεῖται Σαπφικὸν ἑπταιδεκασύλλαβον· ᾧ τὸ τρίτον ὅλον Σαπφοῦς γέγραπται, πολλὰ δὲ καὶ Ἀλκαίου ᾄσματα.* Eadem tradunt Mar. Victor. p. 2621. Tricha p. 31. 49. Argum. Theocr. 28. Alcaicum alii dixerunt, alii Phalaecium. Choriamborum quoque basis omnes pedes disyllabos recipit, neque Graeci, quem-

admodum Horatius constanter fecit, excepto ultimo pede, singulis choriambis vocabula terminarunt. Ex libro tertio exstant fragmenta sex, quorum primum est undevicesimum.

De libris secundo et tertio ita Hephaestio p. 111. *Κοιναὶ συστηματικά ἐστιν, ὅσα ὑπὸ συστήματος μὲν καταμετρεῖται, αὐτὸ δὲ τὸ σύστημα ἔχει πληρούμενον· οἷά ἐστι τὰ ἐν τῷ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ Σαπφοῦς, ἐν οἷς καταμετρεῖται μὲν ὑπὸ διστιχίας, αὐτὴ δὲ ἡ διστιχία ὁμοία ἐστίν.* Et p. 117. *Κοιναὶ συστηματικαὶ, ἅπερ καὶ ὁ κατὰ στίχον γεγράφθαι φάσκων ὑγιῶς ἂν λέγοι καὶ ὁ κατὰ σύστημα· ὡς τὸ δεύτερον καὶ τρίτον Σαπφοῦς. Διὰ μὲν γὰρ τὸ ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις κατὰ δύο ὁρᾶν παραγεγραμμένον ἕκαστον ᾆσμα, καὶ ἔτι διὰ τὸ μηδὲν εὑρίσκεσθαι ἀριθμοῦ περιττοῦ, κατὰ συστήματα νομίζομεν αὐτὰ γεγράφθαι· πάλιν δὲ τῷ ὅμοιον ἑκάτερον εἶναι τῶν ἐν τῇ δυάδι στίχων, καὶ τῷ δύνασθαι τὴν ποιήτριαν κατὰ τύχην τινὰ ἀρτίου πάντα ἀριθμοῦ πεποιηκέναι, φαίη τις ἂν κατὰ στίχον αὐτὰ γεγράφθαι.*

Glyconeos, quos a Sapphone usurpatos confirmat Atilius Fortunatianus p. 2701, in fragmm. XXV. XXVI. XXVII. agnovimus, quorum quum primum Athenaeus ex libro quinto desumptum testetur, in eodem libro reliqua collocanda erant. De Asclepiadeo Atil. Fortun. p. 2700. *Ante Asclepiadem eo usi Alcaeus et Sappho, hoc integro usa est in libro quinto.* Eius metri est fragm. XXVIII. fortasse etiam XXIX. Iunctum videtur Glyconeo fragm. XXX. ut apud Horatium I, 3. 6. 19. 24. et alibi. De Phalaeceo hendecasyllabo idem Atilius p. 2674. *Hic versus apud Sappho frequens est, cuius in quinto libro complures huius generis et continuati et dispersi leguntur.* Terentianus c. 4. vs. 2545. p. 2440. *Quem nos hendecasyllabon solemus, Tamquam de numero, vocare versum, Tradunt Sapphicon esse nuncupandum: Namque et iugiter usa saepe Sappho, Dispersosque dedit subinde plures Inter carmina disparis figurae.* Haec respicit vs. 2943. p. 2448. Basin eius incertam cum Terentiano dicit Atilius p. 2676. Quia autem hic versus Sapphicus dictus est, confundebatur cum altero hendecasyllabo Sapphico, cui similis est, quare Mar. Victor., qui et ipse p. 2566. frequenter eo Sapphonem usam scribit, discrimen eorum p. 2603. exposuit. Ceterum nullum Phalaecei in Sapphicis exemplum reperimus.

Antispasticos suos tetrametros catalecticos explicans, Hephaestio p. 60. scribit: *Ἔστι δὲ πυκνὸν καὶ τὸ τὴν δευτέραν μόνην ἀντισπαστικὴν ἔχον,* ceteras puta iambicas: *ᾧ μέτρῳ ἔγραψεν ᾄσματα καὶ Σαπφὼ ἐπὶ τοῦ ἑβδόμου.* Adscribit deinde versus duo fragm. XXXII. *Ἐπὶ τοῦ ἑβδόμου* dedimus ex cod. C., vulgo *ἐπὶ τῆς τοῦ ἑβδόμου,* unde Pauwius fecit *ἐπὶ τῆς ϛ′ τοῦ ἑ.,* male ob mentionem praegressam *ᾀσμάτων.* Editio Iuntina et codd. H. B. *ἐπί τε τοῦ ἑ.,* unde vulgata scriptura orta est. Itaque intelligimus, huius quoque metri plura carmina exstitisse, septimo libro contenta. Ipsius versus in utroque exemplo forma haec est: ∪ — ∪ — ∪ — — ∪∪ — ∪ — ∪ — ∪̄; quam enim dubitationem de syllaba septima varietas lectionis de priore versu prodita afferre videatur, eam tollit Hephaestionis animadversio, in secunda sede antispastum observari, id est syllabas sextam et septimam constanter produci. Eiusdem mensurae versum sub nomine Sapphici hunc proponit Mar. Victor. p. 2569. *Aprica veris aura est, ubi flore rura lucent.* Hac de caussa maluimus, septima syllaba pro arsi alterius ordinis habita, in tripodiam iambicam et ordinem logaoedicum versum dividere, quam sequente thesi disyllaba proximam etiam syllabam

in thesin deprimere, eaque re metrum asynartetum facere. Ut Hermannus Elem. doctr. metr. p. 225. hoc putat metri schema esse: ⏑ –́ ⏑ — ⏑ — ⏑̄ | ⏑ ⏑ –́ ⏑ — ⏑ — ⏑̄.

Versus Aeolici praeter eum, qui librum secundum obtinuit, apud poetriam nostram reperti sunt hexameter catalecticus, fragm. XXXIII, quem praeter Hephaestionem sub nomine Aeolici et Sapphici ἔπους vel μέτρου ἡρωϊκοῦ memorant Draco p. 139. Elias Monachus p. 78. Moschopulus p. 46. ap. Titzium; tum pentameter catalecticus, fragmm. XXXIV. XXXV. XXXVI; tetrameter acatalectus, fragm. XXXVII, cuius exemplum falso nomine Sapphici dimetri hendecasyllabi ex anapaesto catalectici hoc habet Mar. Victor. p. 2591. *Rapiunt hederas cito Maenades;* deinde tetrameter catalecticus, fragmm. XXXVIII. XXXIX. XL. Coniuncti videntur pentametri, alter catalecticus in syllabam, alter in disyllabum, fragm. XLI.

Ex choriambicis, qui ab anacrusi incipientes in brevem ordinem logaoedicum exeunt, duas species a Sapphone usurpatas Hephaestio testatur, alterum, ut ipse appellat, Ionicum a maiore trimetrum acatalectum, qualis est in fragm. XLVI, alterum Ionicum a maiore tetrametrum acatalectum, quem propter frequentem Sapphonis usum Aeolicum nominatum Hephaestio et Tricha p. 35. 50. tradunt, et cuius hodie restant fragmenta quattuor inde a XLII. Inter choriambicos cum basi, vel ut cum Hephaestione loquamur, antispasticos, is qui frequentissimus erat, tetrameter acatalectus, ut librum tertium obtinens, paullo ante tractatus est. Porro Plotius p. 2658. *Antispasticum tetrametrum hypercatalectum Sapphicum fit ditrochaeo, hippio tertio, syllaba, hippio tertio, syllaba: Pauperum tabernas regis o beatum regumque turris.* Non alium versum Grammaticus dicit, nisi cuius exemplum praebet fragm. XLVII, licet is et ab ista descriptione et ab exemplo Latino mirum quantum distet: ita enim existimare nos iubet nomen praepositum, quod in Sapphonis versum cadit, non cadit in versum Latinum aut in expositionem Plotii. Verum ne quis forte obiiciat, per errorem quidem illud nomen huic versui a Grammatico imponi, nihilosecius autem praeter illum antispasticum tetrametrum hypercatalectum, eius etiam formae versus, cuius sit Latinus iste, apud Sapphonem reperiri potuisse: breviter explicabimus, qua re Plotius inductus sit, ut nostrum versum tam prave describeret. Primum autem ut expositio Grammatici et exemplum subiectum, quae nunc inter se dissident, in concordiam redigantur, pro verbis *regis o beatum* scribendum est *recte beatum:* est enim is versus conflatus ex Horatianis Carm. I, 4, 13. 14. et illis eiusdem poetae verbis Carm. IV, 9, 46. Deinde ut plane respondeat expositio ipsi versui, in quo alius corruptelae nullum est indicium, post vocabulum *ditrochaeo* inserendum est *spondeo:* nam trochaei quidem nomen interdum ponitur de ditrochaeo, non item ditrochaei de triplici trochaeo. Hanc igitur formam, — ⏑ — ⏑ — — — — — ⏑ — — — — — ⏑ — —, Plotius putabat antispasticum induere posse, deceptus ipsa ratione antispastica, etsi p. 2655. choriambicam horum versuum compositionem intellexisse visus est. Quum enim metri, quod illustrabat, exemplum nullum haberet cognitum, ex Horatianis laciniis versum qualemcunque consuit, in secunda sede cuius esset dispondeus, tertii antispasti syllaba finalis et prima dipodiae iambicae contractae essent. Hic autem versus choriambicus cum basi tetrameter catalecticus in ordinem logaoedicum, coniunctus est, si recte emendavimus, cum versu choriambo breviore fragm. XLVIII. De alio versu ita Plotius ibidem: *Antispasticum tetrametrum catalecticum Sapphicum Priapeium*

fit spondeo, dactylo, bacchio, sed ut secunda bacchii longa fiat positione, non sit natura; spondeo vel iambo, et bacchio simili superiori, et spondeo, valde ut sit in divisione finita pars orationis; quodsi inventa fuerit, erit laudabilius: Istaec composui metra Sacerdos optima nunc. Versum dicit choriambicum cum basi trimetrum hypercatalectum, cuius e Sapphonis carminibus nullum exemplum superest, nisi forte huius auctoris sunt duo versiculi fragm. CXXVIII. appositi. Talem versum annotaverat aliquis, si septima syllaba anceps esset, octava vocabulum absolveret, ad modum Priapei recitari posse, pariter ludens, atque alii versum Virgilianum, *Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos*, posse in speciem eandem detorqueri monuerunt. Unde Plotius ista fecit: piget enim singula peccata corrigere. In versu autem adiecto, quem ipse e sui libri principio edolavit, *optime* legendum est, non *optima*, talem exitum postulante lege et choriambici versus et Priapei, et ipso Grammatico spondeum in fine praescribente. Versum similem, sed uno pede breviorem, choriambicum cum basi dimetrum hypercatalectum, Sapphoni tribuit Mar. Victor. p. 2577. Hunc excipiat versus eiusdem generis dimeter catalecticus in ordinem logaoedicum, qualem exhibet fragm. XLIX, *Σαπφικὸς ἐννεασύλλαβος* dictus ab Hephaestione p. 56. Tricha p. 31. 49. Schol. Pind. Ol. 9. ep. 10. Ol. 14, 1. Isthm. 7, 5. 14. Schol. Sophocl. Antig. 604. 808. Aiac. 596. 1206. et Mar Victor. p. 2611, ubi male *hendecasyllabon* apud Putschium legitur. Hipponactei nomen addunt Hephaestio et Tricha. Quod autem idem vocabulum huic versui, ———⏑⏑——⏑—, imponit Schol. Sophocl. El. 1082, huic, ⏑———⏑—⏑—⏑̄, in El. 1421. Antig. 591. 954, huic, ——⏑———⏑—⏑, in Antig. 851, huic, ———⏑——⏑——, Schol. Eurip. Phoen. 187; nullum horum versuum isti in poesi Sapphonis invenerant, sed omnes illas choriambici nostri formas peperit ratio antispastica. Inter choriambicos eos, qui nec basin nec anacrusin habent, hexametrum in ordinem logaoedicum exeuntem, ut ab Alcaeo et Anacreonte, ita a Sapphone usurpatum ait Atil. Fortun. p. 2678. Certioris fidei est paris clausulae tetrameter, cuius exemplum Hephaestio servavit fragm. L, ubi vide quae de loco Atilii Fortunatiani p. 2703. dicta sunt. Sapphonem eo versu usam confirmat Servius Centim. p. 1822. Nonnisi catalexi disyllaba ab illo differt metrum fragm. LI, si vera est lectio. Ionici a minori trimetri acatalecti exemplum proditum est ab Hephaestione fragm. LII, quocum consentiunt de versu a Sapphone usurpato Tricha p. 37. 51. et Servius Centim. p. 1823, ubi scribitur quidem apud Putschium Sapphicum constare trimetro catalecto, exemplum autem quod subiicitur, acatalectum efficit. Servii locum in ordinem redegit L. Santenius ad Terent. Maur. p. 336. Trimeter *ἀναχλώμενος* est fragm. LIII. Tetrametrum apud poetriam nostram repertum dicit Tricha p. 48. 51.

Sequuntur logaoedici plures, ex dactylo uno cum anacrusi et dispari trochaeorum numero. Huius generis versum, qui in dipodiam trochaicam catalecticam exit, Telesillae ab Hephaestione adscriptum, restituimus fragm. LIV. Integram dipodiam trochaicam habet metrum fragm. LV, quod Hephaestio quidem videtur dicere Ionicum a maiori tetrametrum, in quo sedes pares teneant dipodiae trochaicae, sed in versu tertio absoluti numeri indicium hiatus praebet, nec ulla caussa est, cur duo priores versus continuentur: ut Hermannus quoque iudicat Elem. doctr. metr. p. 442. Ac forsitan ideo solum Hephaestio versus tetrametros fecit, quod plerumque propter brevitatem bini singulis lineis scribi solebant. Tripodia trochaica est in metro

fragm. LVI, quod cum Hephaestione sub nomine Praxillei Sapphoni in usu fuisse narrat Tricha p. 34. 50. Postremo tetrapodia fragm. LVII.

Compositum ex dipodia iambica et Ionico a minori dimetro *ἀνακλωμένῳ* metrum est fragm. LVIII. Similem versum, sed trochaeo breviorem, significat Mar. Victor. p. 2552. *Si ex duobus iambicis, quae πενθημιμερῆ vocantur, versus unus formetur, fiet Sapphicum huiusmodi: Meat per aequor Ionia proles.* Ipsa enim Marii explicatio *nia* pro una syllaba haberi iubet. In metro fragmm. LIX. LX, quod a nemine diserte memoratur, iunctum est penthemimeres iambicum cum Adonio. Huic similis est versus Alcaicus, cuius exemplum dubium est fragm. LXII, certum LXI. Integra stropha Alcaica ibi legitur, quo metro Sappho utitur, quia eodem ab Alcaeo compellata erat. Duplex Pherecrateus est fragm. LXV, si manum auctoris assecuti sumus; duplex logaoedicus e dactylo et dipodia trochaica fragmm. LXIII. LXIV.

Versum heroicum habent quattuor vel quinque fragmenta, inde a LXVI. Fragm. LXX, si genuina est lectio, hexametro Sapphicus *ἐννεασύλλαβος* epodi loco subiicitur. In proximis quinque fragmentis dactylici reperiuntur variae formae, pentameter LXXV, tetrametri LXXI. et LXXIV, si modo verba aliis de caussis a scriptoribus servata suum quaeque versum explebant. De metro fragm. LXXII, quod est dactylicum penthemimeres cum anacrusi, dubitare nos non patitur Hephaestionis auctoritas. Fragm. LXXIII. versus primus, detracto ephymnio, Pherecrateus, ceteri dactylici trimetri catalectici, unus cum basi, duo cum anacrusi. Porro Plotius p. 2640. *Hymenaicum dimetrum dactylicum Sapphicum monoschematistum est, semper enim duobus dactylis constat: Μήνιον, τὸν Καλυδώνιον. Inde toro pater; mens sibi conscia. Μήνιον* residuum ex integro versu videtur tali, *Ὑμέν' Ὑμήναον*, qualis fortasse ephymnii loco interponebatur. Credibile est enim, Plotium apud eum scriptorem, unde haec mutuatus est, unum saltem exemplum veri Hymenaici reperisse; alterum autem Graecum, *τὸν Καλυδώνιον*, pariter ob solam syllabarum mensuram arreptum videtur, ac Latina, a re prorsus aliena, desumpta sunt ex Virgilio Aen. II, 2. I, 604. Ceterum ut plerique solebant acclamare *Ὑμὴν ὦ Ὑμέναε*, ita Aeoles suo *Ὑμήναον*, quod Sappho offert fragm. LXXIII, non poterant alium alterius nominis casum praeponere. Ex genere trochaico praeter duplicatum Ithyphallicum, quem ei Hephaestio asserit, pro exemplo annotans fragm. LXXVII, copulasse videtur sive dimetrum sive tetrapodiam continuam cum Ithyphallico, si recte de fragm. LXXVI. iudicavimus. Hoc e metro facta systemata claudi poterant illo versu, de quo Servius Centim. p. 1819. *Sapphicum constat trochaico trimetro hypercatalecto, ut est hoc: Splendet aurum, gemma fulget, forma sed placet.* Iambos eam hymnis aptavisse significat Iulianus Epist. 30, dum Alypium laudat, quod iambos fecerit, non quibus Bupalus exagitetur, *ἀλλ οἵους ἡ καλὴ Σαπφὼ βούλεται τοῖς ὕμνοις ἁρμόττειν.* Et Horatius, quod iambos Latio ostenderit, lyricorum Graecorum exemplo se fecisse defendit Epist. I, 19, 28. his verbis: *Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho, Temperat Alcaeus.* Quorum unice vera est interpretatio Bentleii haec, ut Archilochi pes iambus illorum poesi admixtus dicatur: hanc enim structuram genitivi metrum postulat, quod in tertia arsi caesuram statui iubet, in quarta non item ob tetrapodiam bucolicam vocem inhiberi patitur; hanc praecipit

summa argumentationis. Temperarunt igitur iambo suam Musam Aeoles, non ex eo metro solo carmina fecerunt. Generis iambici unus servatus est trimeter catalecticus, fragm. LXXVIII.

Carmina eius monostrophica fuisse, testatur Hephaestio p. 122. 133. ex eoque repetit Schol. Sophocl. Oed. R. 151. Dionysius vero de comp. verb. c. 19. p. 154. *Οἱ μὲν ἀρχαῖοι μελοποιοὶ, λέγω δὲ Ἀλκαῖόν τε καὶ Σαπφὼ, μικρὰς ἐποιοῦντο στροφὰς, ὥστε ἐν ὀλίγοις τοῖς κώλοις οὐ πολλὰς εἰσῆγον τὰς μεταβολὰς, ἐπῳδοῖς τε πάνυ ἐχρῶντο ὀλίγοις.* Id est, in tanta stropharum brevitate membrorumque paucitate numeros non ita frequenter variarunt, epodisque usi sunt parce admodum. Epodos dicit ipsos versus, quibus subiectis fit *μεταβολή*. Qui autem *ὀλίγαις* in fine scripserunt, de systematibus *ἐπῳδοῖς* cogitantes, gravem errorem Dionysio attribuunt.

Reliquias Sapphonis praeter eos, qui omnium Lyricorum Graecorum fragmenta complexi sunt, M. Neandrum, H. Stephanum, Fulvium Ursinum, seorsum tractarunt Io. Chr. Wolfius, Hamburgi 1733. 4; Henr. Frid. Magnus Volgerus, Lipsiae 1810. 8; Carolus Iacobus Blomfieldus in Museo Critico Cantabrigiensi, Vol. I. p. 1—31. cum supplementis, quae insunt eiusdem Musei Vol. II. p. 599—607. Qui nobis quoque aliquid agendum reliquerint, iudicabunt alii. I. Traneri libro, Upsaliae 1824. edito, uti non licuit.

I.

Ποικιλόθρον᾽, ἀθάνατ᾽ Ἀφροδίτα,
παῖ Διὸς, δολοπλόκε, λίσσομαί σε,
μή μ᾽ ἄσαισι μηδ᾽ ἀνίαισι δάμνα,
πότνια, θυμόν.
Ἀλλὰ τυίδ᾽ ἔλθ᾽, αἴ πότα κἀτέρωτα
τᾶς ἐμᾶς αὐδῶς ἀΐουσα πόλλας
ἔκλυες, πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα,
χρύσεον ἦλθες
ἄρμ᾽ ὑποζεύξαισα· καλοὶ δέ σ᾽ ἆγον
ὠκέες στρουθοὶ περὶ γᾶς μελαίνας
πυκνὰ δινῆντες πτέρ᾽ ἀπ᾽ ὠράνω αἰθέ-
ρος διὰ μέσσω.
Αἶψα δ᾽ ἐξίκοντο· τὺ δ᾽, ὦ μάκαιρα,
μειδιάσαισ᾽ ἀθανάτῳ προσώπῳ,
ἤρε᾽, ὄττι δ᾽ ἦν τὸ πέπονθα, κὤττι δ᾽
ἦν τὸ κάλημι,
κὤττι ἐμῷ μάλιστα θέλω γενέσθαι
μαινόλᾳ θυμῷ· † τίνα δ᾽ εὖτε πείθω-
μαι σαγηνεύσαν φιλότατά τις σω
ψαπφαδίκη.
Καὶ γὰρ αἰ φεύγει, ταχέως διώξει,
αἰ δὲ δῶδα μὴ δέκετ᾽, ἀλλὰ δώσει,

αἰ δὲ μὴ φιλεῖ, ταχέως φιλήσει
κωὐκ ἐθέλοισαν.
'Ελθέ μοι καὶ νῦν, χαλεπᾶν δὲ λῦσον
ἐκ μερίμνᾶν, ὅσσα δέ μοι τελέσσαι
θυμὸς ἱμέρρει, τέλεσσον, σὺ δ' αὐτὰ
σύμμαχος ἔσσο.

Solio affabre facto conspicua, Venus immortalis, filia Iovis, quae dolos nectis, precor te, ne mihi taediis aut maeroribus, sancta, animum doma. Sed huc veni, si quando et alias vocem meam percipiens multam exaudisti, patrisque domo relicta, aureo venisti curru subiuncto: pulchrique te vehebant agiles passeres circa nigram tellurem crebras vibrantes alas a caelo medium per aetherem. Confestim autem advenerunt: tu vero, beata, subridens immortali ore, quaerebas, quid tandem esset quod paterer, et quid tandem esset quod vocarem, et quid maxime meae vellem evenire vesanae menti: quem rursus pelliciam inducens in amorem, quis te, Sappho, violat? Namque si fugit, cito persequetur, si dona non accipiebat, at dabit, si non amat, cito amabit vel nolentem. Veni mihi nunc quoque, gravibusque solve ex curis, et quaecunque perficere animus mihi gestit, perfice, tu ipsa adiutrix esto.

Carmine hoc utitur Dionysius Halicarnassensis de comp. verb. c. 23. p. 206 seqq., ut demonstret, poetriam nostram, politae compositioni addictam, imprimis suavitati sonorum et mollitiae studuisse, omnemque in elementis inter se contexendis scabritiem diligenter evitasse. Nam per totum carmen fere legitime vocales et consonas variari: insolentiores consonarum connexiones vix quinque sex inveniri, ne ipsas quidem nimis duras, ex vocalium autem concursione hiare orationem intra ipsos versus etiam parcius, in confiniis versuum paullo frequentius. Nimirum displicebant rhetori, ut conicimus ex iis, quae supra c. 22. de Pindari fragmento 45. et de Thucydidei operis exordio disputavit, collisae consonae *νλ* vs. 7, *στρ* vs. 10, *ντ* vss. 15. 16. 27, *νχ* et *νδ* vs. 25, compositio mediae syllabae vocabuli *δινῆντες* vs. 11, praesertim sequente littera *τ*, fortasse ibidem cumulatae consonae *σπτ*, denique syllaba ultima vocabuli *μερμνᾶν* vs. 26. Certe haec omnia obnoxia erant reprehensioni, si eadem severitate in Sapphonem, qua in Pindarum ac Thucydidem, uti volebat: quum aequiorem se huic iudicem praebuerit, dum illius generis offendicula per totum carmen senarium numerum excedere negat, hoc tamen ex laudatione eius recte colligere videmur, versibus ab ipso conservatis carmen absolutum fuisse. Quod quum e sola sententiarum ratione parum liquido intelligatur, nihil eadem habet, cur quis in diversam sententiam ire malit. Sed fatetur praeterea Dionysius, non plane hiulcas voces vel mediis in versibus Sapphonem effugisse: id quod admonere nos debet, ne illa *ὠρανῶ αἰθέρος* vs. 11, *κἄτι ἐμῷ* vs. 17, eiicienda potius quam per synaloephen sananda censeamus. Quod enim illis detractis unicum remaneat *ἦρε ὄττι* vs. 15, apostropho abunde excusari ipse Dionysius concedat, qui etiam in loco Pindarico voces *εὐκλέ' ἀγοράν* silentio tramiserit. Restant ab eodem notati hiatus aliquoties in extremis versibus admissi, quo de argumento supra disseruimus.

Legitur carmen nostrum non tantum simul cum proximo plerisque Anacrconticorum editionibus subiectum, sed etiam, teste Blomfieldo, in Anthologia Graeca Venetiis a. 1550. a Sabiensibus adornata, mox in Iovitae Rapicii de numero oratorio libello, Venetiis a. 1554. edito, p. 41, in Is. Vossii notis ad Catullum p. 115, in Brunckii Anall. T. I. p. 54, in A. Schneideri selectis poetriarum Graecarum carminibus p. 21, in Frid. Iacobsii Floril. poet. p. 220. ed. tert., in G. Hermanni Elem. doctr. metr. p. 677. Seorsum ediderunt Raabius, Lips. 1794, et una cum proximo Franc. Henr. Egertonus, Paris. 1815. Vs. 1. *ποικιλόθρον᾽* est in vulgatis Dionysii exemplis, quibuscum conspirat Hephaestio de metris c. 14. p. 78, ubi hic versus ut metri Sapphici exemplum bis apponitur. Sed Fulv. Ursinus p. 282. in quibusdam veteribus libris scriptum ait *ποικιλόφρον᾽*, idemque enotavit e cod. Monac. Goellerus; Iovita Rapicius dedit *ποικιλόφρων*, Is. Vossius ex codice, ut dicit, recepit *ποικιλόφρον*. Probarunt hoc Hudsonus, Bentleius ad Horat. Carm. II, 19, 15. et in Conspectu metrorum Horatianorum, ac Blomfieldus, qui eandem sententiam tuetur Gloss. in Aeschyl. Choeph. 934. Verum illi lectioni, praeterquam quod auctoritatibus deterior est, iure obiicitur a Baxtero et Uptono, quod epitheta *ποικιλόφρων* et *δολοπλόκος* parum inter se differant, si aliis interpositis coniungantur. Nam si prius nomen ita singularem huius deae naturam et indolem pingeret, ut eo solo quasi huic uni proprio nomine exaudito omnes hanc potissimum dici intelligerent, utriusque appellationis iunctae parata esset excusatio haec, ut ad actionem praesentem solam posteriorem spectare, prioris vim continuo usu evanuisse diceres: quum autem etiam alii dii, Saturnus, Prometheus, Mercurius, *ποικιλόβουλοι* et *ποικιλόμυθοι* et sint et nuncupentur, quando eodem nomine Venerem ornari videmus, necesse est, ut calliditatis cogitatio, quae in dolis maxime nectendis cernitur, iam tum animum subeat, et alio sub nomine recurrens vehementer improbetur. At *ποικιλόθρονος* non est *πολύναος*, ut cum Tan. Fabro putarunt A. Schneiderus et Volgerus, quia *ποικίλος* de sola multitudine positum vix repereris praeter Nonni *ποικιλόδακρυς*: neque florida et varia veste utens, quod eidem Fabro et Uptono in mentem venit, quia vestis, in qua quis secundum Homerum Iliad. *χ*. 441. *θρόνα ποικίλ᾽ ἔπασσεν*, ipsa quidem *ποικιλόθρονος* dici potest, mulier ea induta non potest. Sed ut aliae deae *χρυσόθρονοι*, ita Venus propria vocabuli potestate *ποικιλόθρονος* audit, nec minus apto eo nomine invocatur, quam quo a Pythia nescio quis compellatus est *Θετταλὲ ποικιλόδιφρε*, teste Polluce VII, 26, 112. Versu 3. libri plerique *ἄταισι* contra legem metri: verum Schol. Hephaest. p. 64. *Τὸ ασαροιε* (fragm. XLII.) *δεύτερος παίων· συστέλλουσι γὰρ οἱ Αἰολεῖς τὸ ᾱ, ὡς ἐν τῷ Μὴ μ᾽ ἄσαισι μηδ᾽ ἀνίαισι.* Genuinum *ἄσαισι* restituit Is. Vossius: prope abest Aldi *ἄσσαισι*, idem repositum ab emendatore in Victorii codd. v. l. Iisdem vitiis inquinantur codd. Eurip. Med. 248. Mox codd. Dionysii et Schol. Hephaest. l. c. *ἀνίαισι*: quum tamen in Heph. ed. Turneb. scriptum sit *Μή με ἄσαις, ἀμηδοκίαισιν*, Blomfieldus visus est vestigia agnoscere formae Aeolicae *ὀνίαισι*, qua Alcaeum usum videmus apud Apollon. de Pron. p. 121. Sed licet ille suae genti proprium sonum praetulerit, nihilominus Sappho communem formam usurpare poterat, quam certe cognitam habebat. Versum 4. ut exemplum metri Adonii profert Hephaestio de metr. c. 14. p. 79. Versu 5. Dionysii ed. princeps et codd. *τύδ᾽* vel *τὺ δ᾽*: *τῦδ᾽* scripsit Sylburgius, quem sequitur Elmsleius ad Aristoph. Acharn.

892. Apud Hephaestionem autem, qui hunc quoque versum l. c. apposuit, codd., in quibus Farnesianus, ut refert Ursinus, *τυΐδ'* vel *τυίδ'*, ed. Iunt. *τυὶδ'*, ed. Turneb. *τοί δ'*. Accedit Prisciani auctoritas, cuius libro primo p. 555. Putsch. 36. Krehl. haec leguntur: *S quoque antecedente u et sequente a vel e, hoc idem saepe fit,* (ut *sua* et *sue* unam syllabam efficiant,) *ut suadeo, suavis, suesco, suetus; quod apud Aeoles quoque vi saepe patitur, et amittit vim litterae in metro, ut Sappho,* Ἀλλὰ *τυίδ'* (Putsch. *τῆιδέ*, Krehl. *τυΐδε'*, sed in Additam. p. XIX. *τυΐδ'*) *ἔλθετε ποτίσαι' ἔρωτα. Similiter πήλυι dissyllabum invenitur apud eosdem, quum υι non est diphthongus.* Hinc assumpserunt *τυίδ'* inde ab Ursino plerique, nisi quod nonnulli puncta diaereseos appingunt, Blomfieldus vocem circumflexo signat. Stephanus et Portus et nonnulli ex Dionysii editoribus dederunt *τῆδ'*, cum eodem fere componunt ceteri nostrum *τύδε* vel *τυίδε* ut Aeolicum. Praciverunt veteres Grammatici. Hesychius: *Τυΐ, ὧδε· Κρῆτες.* Et *Τύδαι,* (corrigunt *τυΐδε*, nobis sufficere videtur *τύδε*) *ἐνταῦθα· Αἰολεῖς.* Schol. Iliad. ξ. 298.: *τόδ' ἰκάνεις*] *μήποτε ἰσοδυναμεῖ τῷ παρ' Αἰολεῦσι τυΐδε.* De significatu nulla est dubitatio, forma similius nostro esse vulgatum *τῷδε*, vel si licet hoc pronunciare *τοίδε*, vidit Valckenarius Epist. ad Roever. p. 32. (Opusc. p. 348.) Quum enim Boeoti omnino pro *οῖ* et *ῳ* et in radicibus verborum et in flexionibus *ῡ* protulerint, ut docuit Boeckhius Oec. civ. Athen. T. II. p. 397, etiam alios Aeoles facile credas pro *ποῖ* dixisse *πῦ*, quam ad interrogationem responderi consentaneum est *τὺ* et *τύδε*, quae voculae circumflexum non magis quam *τῶς* requirunt. Poterat igitur simplex vocalis probari, nisi auctoritate et analogia diphthongus certaret. Analogia quoque: nam et *μέσυι* pro dictione *ἐν μέσῳ* Aeolensibus in usu fuisse testatur Hesychius, et Theognostus f. 104. in Bekkeri Anecdd. Gr. p. 1425. ita scribit: *Τύι*] *τὰ Αἰολικῶς διὰ καθαροῦ τοῦ ῑ ἐκφερόμενα βαρύνεται, καὶ διὰ τοῦ ῑ γράφει τὴν λήγουσαν, καὶ τὴν παραλήγουσαν διὰ τοῦ ῡ, καὶ τοπικὴν σχέσιν δηλοῖ, οἷον πηλύι, ἀλύι, ἀτερύι.* Quae postrema manifesto sic sunt refingenda: *τηλύϊ, ἀλλύϊ, ἀτερύϊ*, licet *πήλυι* etiam apud Priscianum l. c. reperiatur, pro vulgaribus *τηλόσε, ἄλλοσε, ἑτέρωσε* posita. Attamen Apollonius de Pronom. p. 69. *τῆλυ* commemorat, a *τῆλε* derivatum: quod quo accentu scribendum sit, non diiudicamus; hoc certum est, *τήλυ* vel *τῆλυ* Grammaticum haberi velle pro adverbio, non pro adiectivo, qui in hoc aliisque significatione non mutata *ε* in *ῡ* transire doceat. Unde si discimus, fuisse inter veteres Grammaticos, qui illud genus adverbiorum simplici *ῡ* terminarent, hoc simul apparet, si *ῑ* adscribatur, eadem id syllaba cum *ῡ* pronunciandum esse. Tale *ῑ*, quod vim litterae in metro amitteret, cum Prisciano loquimur, etiam in scriptura facile omittebatur. Quod ut in vocula *τυίδε* fieret, hoc quoque caussae fuisse videtur, quod quidam ex Grammaticis diphthongum *υι* nisi sequente vocali non ferrent. Qui autem, quum in toto hoc adverbiorum genere diphthongum probassent, diaereseos signum adscripserunt, ii fortasse nihil nisi propriam Aeolensibus diphthongorum pronunciationem monstrare volebant, quam ad rem infra (CXXI.) recurremus. Mox Dionysii codd. Reg. 1. et Colb. cum Victoriano v. *ἐλθέ ποκα κατ' ἔρωτα*, cod. Monac. *ἐλφέ πόκα τ' ἔρωτα*, Apogr. Victorii *ἐλθέ πό κατ' ἔρωτα*, quocum concinit Aldus, nisi quod ex *πο* fecit *που*. Pleraque exempla typis excusa *ἐλθέ ποτε κατ' ἔρωτα*. At Hephaestionis edd. Iunt. et Turneb. *ἔλθ'* (vel *ἐλθ'*) *αἴποτε κατ' ἔρωτα:* in plerisque codd. videtur esse *ἔ. αἴποκα*

κ. ἕ., ex praestantissimo tamen C. enotatur *αἰ πότα*. Postremo Prisciani cod. Heidelb. *αλλα τυιδεα τ ποιεα τερωτα*. Lips. 1. *ααα τυιδεα ταιποισια τερωτα*. Lips. 2. *αλα τυιαεα. ιστοσα τερωτα*. Dresd. 2. *αλα θυναηα τα υνθυ χαθηρωθα*. Quod in extremo versu est, *κατ' ἔρωτα*, Faber, unice metri legem contemplatus, mutavit in *καδδ' ἔρωτα*, ubi et absurda est vocula *δέ*, neque significat illa dictio, ut postulat, *libenter*. Vere Is. Vossius dedit *κἀτέρωτα*: nam ut docet Apollon. de Adverb. p. 606. 607, particulae temporis, quas Graeci plerique finiebant in $\overline{\tau\varepsilon}$, Dorienses in $\overline{\kappa\alpha}$, apud Aeolenses cadebant in $\overline{\tau\alpha}$, velut *πότα, ὅτα, ἑτέρωτα, ἄλλοτα*. Parum idonea caussa, ut Bastius quoque iudicat, Koenius ad Gregor. p. 585 seq. apud Hesychium pro *κατέροτα* maluit *κατέρυτα* quam *κατέρωτα* reponere, nisi forte ipsum *ἑτέροτα*, ubi metro aptum esset, ab Aeolensibus tolerabatur. Ad eandem normam *αἰ πότα*, in uno codice servatum, vulgari scripturae *αἴποκα* praeferendum vidit Blomfieldus. Non ab re fuerit, ordinem depravationis paucis ostendere. Postquam igitur *τυί'δ'* dissyllabum haberi coeptum est, metro consulturi librarii in eam scripturam deferebantur, quam ex Dionysii cod. Monac. vel ex Apogr. Victorii annotavimus: quam quum ineptam alii deprehendissent, et postquam *τύδ'* monosyllabum redierat, id quod Dionysii libri omnes exhibent, etiam metro adversantem, proximum erat, quo utrique occurreretur offensioni, ut $\overline{\kappa\alpha}$ syllaba duplicaretur. Similem rem accidisse videbimus carm. II, 5. Versu 6. Aldus *τὰς ἐμὰς αἰδῶς ἀΐοις ἀπόλας*, ex cod. Colb. enotatur *αἰδῶς*, e Reg. 1. *αὐδῶς*, cod. Monac. *τὰς ἐμὰς αὐδὰς ἀΐοις. ἀπόλ'*, Victorius in codd. v. l. *αὐδὼς* legi testatur, et margini Aldino hanc notam allevit: *γρ. αὐδᾶς ἀποτ'*, unde idem in apographo carminis dedit: *τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς ἀΐοις ἄποτ*. Ex diversis librorum testimoniis Criticorum plerique *αὐδᾶς* praetulerunt, nisi quod Is. Vossius dubitabat, an *αὐδῶς* Aeolicum esset. Et profecto quum antiquus sermo plurima habuerit eius terminationis vocabula, insequentibus temporibus partim oblitterata, velut *πειθώ, πευθώ, φειδώ*, ne propria mulierum nomina cumulemus, tutius erat, Aeolicae dialecti vestigium idonea auctoritate communitum redintegrare. Dein vulgata Dionysii exempla cum Stephano, Porto, Ursino *ἀΐοις, ἄς πολλάκ'*: metri tamen rationem ita habuit Portus, ut praeoptaret *ἀΐοις τὰ πόλλ' ἄς*. Sed plerique Is. Vossium secuti sunt, *ἀΐοισα πόλλυ* vel *πολλὺ* reponentem pro librorum, ut ait, scriptura *πολὺ*, ad normam Aeolicorum *σελλάνα* et *μέλλος*. Verum Hermannus *πόλλυ* iudicat et usui repugnare, neque sensui aptum esse: nec sane explices, quid sit *πολὺ ἀΐειν* vel *κλύειν*, etiamsi formae vocabuli Aeolicae tuendae adhibeantur Ionica *πουλὺς* et *πουλύ*. Quocirca suscepimus *πόλλας*, quo librorum indicia ducebant, praeeuntibus Baxtero, Schneidero, Blomfieldo. Ne enim putes, *multam precationem* celeri deae adventui, qui vs. 13. praedicatur, omninoque eius benignitati, quam totum carmen celebrat, contrariam esse, non longam eam sed ardentem poetria dicit. Unde non perspicimus, cur hoc quoque Hermannus neget vel sensui loci vel sermonis legibus convenire. Qui quando ipse ex *ἀποτ* elicuit *ἄπωτα*, quod sit *ἄπωθεν*, iure obiecit Blomfieldus Suppl. Animadvv. haec adverbia loci ab Aeolensibus in $\overline{\theta\alpha}$ terminata esse, teste Apollonio de Adverb. p. 563. 604; neque intelligimus eam cogitationem satis aptam esse, quum ne Graeci quidem, si dii e longinquo preces mortalium audirent aut opem iis ferrent, mirabilem aut singularem eam rem duxerint. Vs. 7. *λιποῖσα* exhibet Aldus, unde revocavit Brunckius; exempla vulgata *λιποῦσα*. In eodem vocabulo recte

Brunckius orationem distinxit, quum superiores interpretes praeter H. Stephanum fere verba *δόμον χρύσεον* coniungerent: nimis enim languebant addita haec *ἅρμ' ὑποζεύξαισα*, nisi insignitior currus imago quasi visui subderetur. Versu 9. libri consensu *ὑποζεύξασα* et vs. 14. *μειδιάσασ'*: nihilo magis dubitavimus, formam vulgarem, ne Pindaro quidem, nedum Aeolensibus usurpatam, expellere. Vs. 10. Blomfieldus vix dubitare se ait, quin legendum sit *ὠκέα, celeriter*, quod nos quidem, etiamsi in libris reperiretur, vulgatae scripturae posthabituri essemus. Cur passeribus potissimum Venerem vectam Sappho faciat, declarat Athenaeus IX. p. 391. e. his verbis: *Καὶ οἱ στρουθοὶ δέ εἰσιν ὀχευτικοί· διὸ καὶ Τερψιχλῆς τοὺς ἐμφαγόντας φησὶ στρουθῶν ἐπικαταφόρους πρὸς ἀφροδίσια γίνεσθαι. μήποτε οὖν καὶ ἡ Σαπφὼ ἀπὸ τῆς ἱστορίας τὴν Ἀφροδίτην ἐπ' αὐτῶν φησιν ὀχεῖσθαι· καὶ γὰρ ὀχευτικὸν τὸ ζῶον καὶ πολύγονον.* Quae excerpsit Eustathius ad Iliad. *β.* p. 173, 12. Bas. Ibidem Aldus *πτέριγας*, eademque lectio suprascriptis litteris indicatur in Victorii codd. v. l. Unde Ursinus fecit *πτέρυγας*, assentientibus Stephano, Porto, Fabro, eamque lectionem, quamquam Is. Vossius in codd. *περίγας* esse monuerat, quod non differt a scriptura cod. Monac. et Victoriani v. *περὶ γᾶς*, retraxerunt Baxterus, Wolfius, Fischerus, Volgerus. Ceterum genitivus exquisitior est quam accus. *περὶ γῆν μέλαιναν*, quem ex Anthol. Veneta Blomfieldus enotat, quia aviculae prope terram advolant, non circuitu eam ambiunt. Versu 11. *δινῆντες* restituimus ex Aldo et codd. Reg. 1. Colb.; plurima enim exempla typis edita invasit *δινῦντες*, unde recentiores Critici fecerunt *δινεῦντες*, quod iam in cod. Monac. repertum est. Illud ut potioribus non dubie auctoritatibus confirmatur, ita cum reliqua declinatione verborum Aeolica egregie concordat. Frequentasse eam dialectum formas *ἀδικήω, ποθήω, καλήω*, testantur Herodianus *περὶ μονήρους λέξεως* p. 43. Etym. M. p. 485, 41. Etym. Gud. p. 294, 37. Eadem quum antiquam verborum flexionem, copulativis vocalibus carentem, praeferret, ab illa praesentis temporis forma legitime derivata sunt *φορήμεθα*, quo Alcaeus utitur fragm. II, *φοβήμενος, ἐκαλήμην, ἐνοήμην, καλήμενος, νοήμενος*, memoriae tradita ab Etym. M. p. 182, 50. et Phavor. Eclog. p. 313. Dind., similiaque ex hoc fonte ducta Iones retinuerunt, ut Infin. *φιλήμεναι, καλήμεναι*, alios, Partic. *τιθήμενος, ἀήμενος, κιχήμενος*, flexionem verbi *δίζημαι*. Nostrum *δινῆντες* probat etiam Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 922, iure tamen dubitans, an potius *δίνηντες* scribendum sit. Deinde Aldus *πτέρ' ἀπ' ὠρανῶ; θέρος δ' ἄμευς πω*, cod. Colb. *πτερ' ἀπ' ὠρανῶ θέρος*, quocum conspirat Reg. 1., nisi quod *πτέραις* habet, cod. Monac. et margo Victorii *πτέρ' ἀπ' οὐρανῶ αἰθέρος διὰ μέσω*. Qui superiore versu *πτέρυγας* assumpserant, hoc loco ut posset *πτερὰ* omitti, *δινέοντες* scripserunt: Wolfius tamen et Fischerus simul *πτέρυγας* et *πτερὰ* tolerarunt. In proximis timebat Blomfieldus, ut *ὠρανῶ* apud Aeoliam poetriam ferri posset, quum et ipsa et Alcaeus *ὄρανὸς* potius dixissent: qua re motus, ut videtur, Hermannus maluit *ἀπ' ὀῤῥάνω* scribere. Inanem dubitationem suam fuisse Blomfieldus intellexit, cognito Alcaei versu, quem servat Apollon. de Adverb. p. 610. Adde Sapph. fragm. IX. cum observatione Herodiani. Idem Blomfieldus, crasi vocalium *ω αι* offensus, corrigebat *θέρευς δ'α μέσσω*, nec tamen lectionem eam ab Hermanni reprehensione vindicare sustinuit. Vs. 13. Aldus *αἶψ' ἀλλ'*, quod repetierunt Is. Vossius et Brunckius, postquam Stephanus et Ursinus correxerant, uti exhibet scriptum margo Victorii, *αἶψα δ'*. In plerisque

Dionysii exemplis non melius *αἶψα δ' ἄρ'*. Cod. Monac. *αἶψα δ' ἐξήκοντο*. Mox servavimus librorum scripturam *τὺ δ'*, quamquam et vs. 27. et fragm. LXXII. *σὺ* reperitur, non quo poetriam formam vocabuli variasse censeamus, sed quod parum constat, utrum alteri anteponendum sit. Non enim succurrebat Apollonius, cuius praecepto, de Pronom. p. 106, *τὴν σέ πρὸς πάντων εἶναι κοινὴν*, exceptis solis Doriensibus, quibus $\overline{\tau}$ pro $\overline{\sigma}$ in pronominibus usurpatum etiam p. 104. tribuit, moniti sumus, ne de accusativo pluris quam fidem codicum aestimaremus recentissimorum Grammaticorum auctoritatem, qui Aeoles quoque *τέ* scripsisse vellent. Quum autem accus. Aeolicus sit *σέ*, dativus sui accentus *σοί*, inclinatus *τοί*, velut fragm. VII. neque genitivum $\overline{\tau}$ assumere testatum sit, de nominativo quoque Aeoles cum Ionibus concinere opineris. In oratione Megarensis hominis ap. Aristoph. Acharn. 783. 785. libri *σύ*. Confer quae annotavimus de fragm. XXV. Vs. 15. Brunckius, non ferens adversandi voculam, scripsit *ὅττι γ' ἦν*, Blomfieldus eadem de caussa *ὅττι τ' ἦν*. At Graeci ut quotidie audiebant quaeri *τί δ' ἔστιν*, ita eidem particulae in obliqua interrogatione locum dabant. Herod. V, 13. *ὁ δ' ἀμείβετο, τίνες δὲ οἱ Παίονες ἄνθρωποί εἰσι .... καὶ τί κεῖνοι ἐθέλοντες ἔλθοιεν ἐς Σάρδις*. Aristoph. Acharn. 4. *φέρ' ἴδω, τί δ' ἡμῖν τοὔνομ' ἔσται τῇ πόλει*. Nisi forte nunc *δ' ἦν* ex crasi verborum *δὴ ἦν* ortum est. Mox libri vulgati Dionysii cum Stephano et Ursino *δεῦρο καλοῖμι*. Cod. Monac. *δεύρο κάλημι: δεῦρο* etiam ex Anth. Veneta Blomfieldus annotat. Vossius *δήν τε κάλημμι*, quod totidem litteris offert cod. Reg. 1., nec nisi levi in re discrepant cod. Colb. et Aldus, ille *διήν*, hic *δι' ἦν* testans. Quum *δὴν* non sine caussa displiceret, Brunckius, Schneiderus, Blomfieldus, Iacobsius substituerunt *δὴ*, Volgerus *δὴ 'ν*, in quo *δὴ ἂν* audiri iubet. Praeterea in dialecti constantiam peccat *τέ*, cuius loco *σέ* dederunt Brunckius, Schneiderus, Volgerus. Sed *δὴν*, librorum fide confirmatum, quum eundem sonum sub eodem pronomine *ὅ, τι* referat, quis alio significatu accipiat, quam quo versu proximo lectum est? Iure igitur *δ' ἦν* scribunt hoc quoque loco Baxterus, Wolfius, alii: illo probato *τὸ* necessarium esse, primus intellexit Hermannus. Formam *κάλημι* restituit Brunckius. Vs. 17. non agnita synecphonesi plures apostropho usi sunt, peius Faber *γ'* interposuit. Ibidem cum Stephano et Ursino Brunckius aliique *μάλιστ' ἐθέλω*, ut *ἐθέλοισαν* est vs. 24: sed *θέλετε* et *θέλω* habent Sappho fragm. XVII. et Alcaeus in versibus iis, ad quos Nostra fragm. LXI. respondet. Versus proximi a multis varie tentati sunt, a nemine ita constituti, ut omnis dubitatio praecisa sit: quapropter supra Aldinam lectionem posuimus. Plerique veteres libri editi: *τίνα δ' εὖτε πύθωμαι σαγηνεῦσαι φιλότητος σ' ὦ Σαπφώ, δίκην*. Ursinus, Stephanus, Portus: *τίνα δ' αὖτε πειθὼ καὶ σαγηνεῦσαν φιλότητα· τίς σ' ὦ Σαπφοῖ ἀδικεῖ;* Is. Vossius: *τίνα δ' αὖτε πείθημι σαγηνέσσαν φιλότητα, τίς σ' ὦ Σαπφοι ἀδικῇ;* in libris scriptis se invenisse monens *πείθομαι*. Vossii lectionem fere repetierunt insecuti editores. Et *σαγηνέσσαν* exhibent codd. Reg. 1. et Colb. Cod. Monac. *τίνα δ' ηὖτε πειθῶ καὶ σαγήνεσσαν φιλότητα τίς ὦ Σαπφὼ δίκη*. Cod. Rehdig. *δ' ηὖτε*. Margo Victorii: *δίκη*, cod. l. *δίκης*. Eiusdem apographum carminis *πειθὼ καὶ σαγινόευσαν*, cetera ut cod. Monac. Extrema quoniam metro repugnant, pro vulgato *ἀδικεῖ* scripserunt *ὑβρίζει, ἀδευκάς, ἀτίμα, ἀτίζει, ἀδικκῇ*. Sed ceterorum conatus retundit inventum Gaisfordi, qui nott. ad Hephaest. p. 65. ad hunc versum pertinere animadvertit locum Etym. M. p. 485, 41. *Οἱ Αἰολεῖς τὰ τῆς πρώτης συζυγίας διὰ*

τοῦ ἢ προφέρουσιν, ἀδικήω· Ὤψά τ' ἀδικήη. Codex Dorvillianus ὦψαφ' ἀδικήη. Etym. Gud. p. 294, 39. ὄψαθ' ἀδικίη. Compositis igitur inter se lectionibus Dionysii Aldini et Etym. Dorvilliani Gaisfordus legendum suspicatur τίς σ', ὦ Σάπφ', ἀδικήη, quamquam leni transpositione dura diphthongi elisio vitari possit, si verba sic ordinentur: Σαπφοΐ, τίς σ' ἀδικηη vel τίς Σαπφοΐ σ' ἀδικήη. Gaisfordo assentitur Blomfieldus, cautum eiusdem iudicium merito laudat Hermannus, qui tamen ipse scripsit Ψάπφ' ἀδικήει. Nos quidem etsi Choerobosco diffidimus, qui Anecdd. Gr. Bekk. p. 1282. Dores Aeolesque λέγης pro λέγεις protulisse tradit, nihilo magis formam ἀδικήη deseruerimus. Ex illo enim ἀδικήω persona tertia, abiecta diphthongo ει, quae cum ceteris vocalibus copulativis in solis verbis barytonis necessaria est, dicebatur ἀδίκη. Qualem formam Aeolensibus vindicare licet testimonio Herodiani in Hort. Adon. p. 413. extr. et Theodosii in Anecdd. Gr. Bekk. p. 1045, qui eam gentem tradunt verborum in μι cadentium tertia persona σι syllabam omittere: ut φῆ dictum est pro φησί, auctore Ioanne Alexandrino Praecc. toni p. 21. Nimirum nos quoque, quando ἀδίκη abiecta diphthongo ει ex ἀδικήω derivamus, cum prima persona ἀδίκημι compositum volumus. Denique illius ἀδίκη vocalis ultima in duas syllabas distracta est, ad similitudinem Homericorum φήη, στήη, βήη, aliorum. Quod vero poetriae nomen cum ψ littera scriptum est, ne id quidem videtur librariorum negligentiae assignandum, quum eandem scripturam fragm. LVIII. deprehendamus. Sed exit tamen illic, ut ubique, vocativus in οι, quae diphthongus, nisi apud Homerum in pronom. μοι, σοι, nusquam eliditur. Decurtati vocabuli caussam recte Hermannus repetit a libertate nominum ὑποχοριστικῶν, quod genus in principio libri tetigimus. Et nostrae poetriae exstitisse appellationem littera ω carentem, hoc ostendere videtur, quod adiectiva inde deflexa sunt et Σαπφῷος et Σαπφικός, non magis illa cum eodem primitivo nomine conferenda, quam Ἀργῷος et Ἀργεῖος. Nam Γόργειος et Πύθιος vel Πυθικὸς unde orta sint, non est procul quaerendum: quae Γοργὼ dicta est peculiari nominum muliebrium specie, ea potest adiectiva appellatione Γοργὴ nominata esse; et quum praeter nomen πευθὼ Hesychius πεύθη etiam litteris mandaverit, quid obstat, quominus veterem linguam Πυθὼ et Πύθη variasse statuamus? Similiter Σαπφικὸς explanatum fuerit, si Σάπφα nomen fingere liceat: aliam viam non reperimus. Revera autem Aeoles usurpasse adiectiva a nominibus ὑποχοριστικοῖς deducta, luculento exemplo comprobabimus. Pittacum scribit Dionysius Thrax Anecdd. Gr. Bekk. p. 634. dictum Ῥόδιον, ut filium Ῥόα: in Alcaei fragmento, quod ab Hephaestione servatum p. 90. post alios multos tractavit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 597, praeter nescio quem Dinomenem Ῥόακος quidam invidiose commemoratur: quis dubitabit, quin Pittaci patris nomen Ῥόακος more gentis in Ῥόας sit mutilatum, utrique autem formae suum adiectivum alligetur? His ita absolutis, redimus ad eiusdem loci partem priorem. Et primum quidem quoniam vulgatum illud δ' αὖτε unde fluxerit nescimus, libri veteres vel ϝ' εὖτε vel δ' ηὖτε offerunt, poetriae esse censemus δηὖτε, ex crasi vocalarum δὴ αὖτε enatum, eandem aliquando interpretationem pluribus Anacreontis locis adhibituri, de quibus aliter iudicavit Buttmannus Lexil. II. p. 230. Confer dicta de fragmm. XXXVII. LXXVII. Similis crasis exemplum praebet vs. 24, nec longe abest sonus φ pro ω αι admissus vs. 11. Quae deinceps ex antiquis libris prodita sunt, illa omnia constructionis, ple-

raque metri legem violant: nisi vero acquiescere lubet in Ursini lectione cum Porto, Baxtero, aliis, qui suppleto verbo *προσοίσω* hoc fere volunt poetriam dicere: *Quam suadelam, quem irreti ntem amorem tibi dabo?* Verbo finito opus esse intelligens, Tan. Faber coniicit: *τίνα δ' αὖτε πείθω καὶ σαγήνευσ' ἂν φιλότητα,* quae sic interpretatur: *Quem adolescentem in amorem suasionibus meis inducerem, aut reti amatorio captarem.* Sed Bothius: *τίνα δ' αὖτ' ἀπειθῆ τοὶ σαγηνεύσω φιλότατα;* Volgerus: *τίνα δ' αὖτε πείθω τὰν σαγήνεσσαν φιλότητα;* Blomfieldus: *τίνος αὖ τὺ πειθοῖ μὰης σαγήνευσας φιλότατα;* Iacobsius: *τίνα δ' αὖτε πείθω τὶν σαγηνέσσαν φιλότατα;* Hermannus: *τίνα δ' αὖτε πείθω κασσαγηνεῦσαι φιλότατα;* Boissonadius ad Nicet. Eugen. VI, 402. *τίνα δ' αὖτε πείθημι σαγηνεῦσαι φιλότατι;* Maluerunt igitur quovis alio remedio uti, quam verbum scilicet hac in re exquisitum *σαγηνεύειν* attentare, cuius alteram speciem *σαγηνεῖν* nostri loci gratia excogitavit Schaeferus ad Greg. Cor. p. 620, eius ut participii Aeolici *σαγήνεις* forma feminina sit *σαγήνεσσα.* Sed *σαγηνεῖν* nimis incertum est, verbi autem *σαγηνεύειν* vix ullam formam inveneris, quae quum litterarum ductibus presse adhaereat, verborum simul constructioni succurrat. Praeterea *σαγήνη* est *verriculum*, nec nisi ea potestate observata verbum *σαγηνεύειν* usurpant Herodotus et Plato, quorum ex imitatione usum verbi apud recentiores Sophistas increbruisse annotat Valcken. ad Herod. VI, 31, iique sane vocabulum de quovis rete frequentant, unde nescio quis, laudatus Volgero, in Anthol. Palat. XI, 52. *Παιδείῳ, Θρασύβουλε, σαγηνευθεὶς ὑπ' ἔρωτι,* ut Lucianus, laudatus Steph. Thes., de vero rete agens, Martem Veneremque a Vulcano *σαγηνευθῆναι* scribit. Non ita antiqui: nec verriculi usus est in uno quodam venando. Unius enim amore poetria tenetur, non quemvis illicere cupit. Quod vero verbum Tan. Faber interpretando substituit aptissimum profecto *inducendi*, eius participium femininum simul metrum et orationem explebit, si scripseris: *εἰσαγίνεισ' ἂν φιλότατα, inducens in amorem*, quae sunt verba Catulli 30, 8. Qua coniectura probata, *πείθω* verbum fiet modi subiunctivi. Licet autem verbum *ἀγινεῖν* nullo alio Alcaei aut Sapphonis loco reperiatur, quum obvium sit apud Homerum et Herodotum, non debebit Aeolum sermone excludi. Tali *εἰσαγινεῖν* non minus recte subiicietur dictio *ἂν φιλότατα*, quam Theognis vs. 386. scripsit: *πενίη ἀνδρῶν προάγει θυμὸν ἐς ἀμπλακίην*, et Euripides Hel. 826. *τίν' ὑπάγεις μ' ἐς ἐλπίδα; Ἂν* facile erat Aeolico *ἐν* mutare, necessarium non est visum, quum Pindarus quoque Isthm. 4, 25. scribat: *τέτραπται κέλευθον ἂν καθαράν*, potestate non alia quam qua Olymp. 6, 73. dicit: *ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται.* Postremo *εἰσαγίνεισα* potius quam *εἰσαγινεῦσα* dedimus, qui flexus sine librorum auctoritate in Aeolensium reliquias invectus est. Vide quae sigillatim dicta sunt de II, 3. 12. XLVI. et confer annotata ad II, 5. Nostrum *ἀγίνεισα* ut ad normam Aeolicae flexionis supra vss. 11. 20. designatam ex *ἀγινέουσα* provenit, ita cum eo partic. masc. *ἀγίνεις* congruit, quod huic dialecto proprium esse docent Maittair. de dial. ling. Gr. p. 313. ed. Sturz. et Koen. ad Gregor. Cor. p. 372. 620. Ceterum quando terminationes *εῦσα* et *εῦσι* damnavimus, noluimus tamen *ὠρχεῦντο* fragm. XLVI. exterminare, cuius loco illa ratio vel *ὤρχεντο* vel ad exemplum vs. 11. *ὤρχηντο* commendabat. Postquam autem *εἰσαγίνεισα* cum verbo similis soni apud inferiorum saeculorum scriptores celebrato confusum, cum insequente particula in speciem accusativi coaluerat, absurdum vocabulum *σαγήνεισαν*, sive pro adiectivo sive pro

participio acceptum, terminationibus ησσαν et ησαν exornatum est: quarum varietas ipsa ostendere videtur, neutram genuinam esse, ambas ex communi fonte fluxisse. Itaque universum locum ita scribendum existimamus: *τίνα δὴ αὖτε πείθω εἰσαγίνειο' ἂν φιλότατα, τίς σ', ὦ Ψάπφ', ἀδικήη;* Hoc dubites, an aptius in vocativo obliqua oratio recta mutetur, praesertim quum membrum hoc, *τίς σ', ὦ Ψάπφ', ἀδικήη*, nulla particula prioribus annexum sit: quod poterat ita effici, si *πείθην* infinitivus reponeretur, is quoque ab antegresso *θέλω* aptus. Ac putes ex Vossiano *πείθημι* illud *πείθην* facile elici; fatetur tamen Vossius suum *πείθημι* non esse ex libris ductum, quapropter ista coniectura iusto fundamento careat. Potest autem tanto facilius recta oratio a verbis *τίνα πείθω* incipi, postquam *δὴ* voculam potius quam *δὲ* in membro illo agnovimus. Vs. 21. Aldus et cod. Monac. *εἰ.* Ibidem Vossius *φεύγῃ.* Vs. 22. Aldus *αἱ δὲ δῶρα μὴ δὲ κέτ' ἄλλα*, codd. Monac. Rehdig. *αἰ δ. δ. μὴ δὲ καὶ τἄλλα.* Margo Victorii: *γρ. δέχηται.* Exempla vulgata *μὴ δέχεται, τἄλλα.* Stephanus, Ursinus, Faber, Blomfieldus *μὴ δέχετ', ἀλλά.* Plerique recentiorum cum Is. Vossio: *μὴ δέκετ', ἀλλὰ*, sed Hermannus *ἄλλα.* Vs. 23. Brunckius et Iacobsius *φιλῇ*, quod si ex libris proditum esset, accentu retracto amplecteremur. Ibidem Brunckius aliique *φιλάοις.* Vs. 24. Aldus *κοὐνεθέλοι.* Codd. Reg. 1. Colb. *κ' οὐνε' ἐθέλοις.* Cod. Monac. *κοὐ' εἰ καὶ θέλεις.* Pleraque exempla typis excusa *κ' οὔτι καὶ θέλεις.* Ursinus, Stephanus, Portus *χ' ὅττι* vel *κ' ὅττι κελεύῃς.* Is. Vossius e codd., ut dicit: *ἢ οὐκὶ ἐθέλοις* vel *ἐθέλλοις*, inde Brunckius *ἢ οὔ κεν ἑ.* Postremo Blomfieldus, Iacobsius, Hermannus ex indiciis libri Aldini et codd. Reg. 1. Colb. *κούκ ἐθέλοισαν*, recte autem ipsam scripturam *κοὐκ* revocarunt Schaeferus et Goellerus. Quum enim *καὶ ὁ* et *καὶ οι* omnino contrahantur in *κω* et *κῳ*, quumque in dialecto Ionica diphthongus *ου* resederit, eandem libenter apud Aeoliam poetriam ferimus in crasi syllabarum *καὶ ου.* Vs. 25. Aldus *ἐθέλοιμι καὶ νῦν.* Dein libri *ὅσα* et *τελέσαι.* Blomfieldus autem *τελεῖσθαι* scripsit, in annotatione *τελῆσθαι* commendat. Vs. 27. Purgoldus Observv. crit. p. 295. legi vult *τὺ δ' αὖτε*, quia *αὐτὸς* semper opponatur rei, quae ad ipsum pertineat, nunc autem *αὐτὰ* quo referatur, non habeat: sed *αὐτὰ* loco omnino congruit, quum dea appelletur ut summa et potentissima adiutrix, ut senserunt Volgerus et Huschkius ad Tibull. I, 4, 71. Cod. Monac. *σὺ δ' αὐτᾶ.* Idem cum Aldo *ἰμέρει*, Aldus praeterea *τέλεσσον.* Brunckius aliique *τὺ δ'*, de qua forma vide dicta in vs. 13. Vs. 28. *ἔσσο* deest libro Aldino. Margo Victorii: *ἔσσο τ'.*

II.

Longinus de sublimi c. 10. *Ἐπειδὴ πᾶσι τοῖς πράγμασι φύσει συνεδρεύει τινὰ μόρια ταῖς ὕλαις συννυπάρχοντα, ἐξ ἀνάγκης γένοιτ' ἂν ἡμῖν ὕψους αἴτιον, τὸ τῶν ἐμφερομένων ἐκλέγειν ἀεὶ τὰ καιριώτατα, καὶ ταῦτα τῇ πρὸς ἄλληλα ἐπισυνθέσει καθάπερ ἕν τι σῶμα ποιεῖν δύνασθαι· τὸ μὲν γὰρ τῇ ἐκλογῇ τὸν ἀκροατὴν τῶν λημμάτων, τὸ δὲ τῇ πυκνώσει τῶν ἐκλελεγμένων προσάγεται. Οἷον ἡ Σαπφὼ τὰ συμβαίνοντα ταῖς ἐρωτικαῖς μανίαις παθήματα ἐκ τῶν παρεπομένων καὶ ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτῆς ἑκάστοτε λαμβάνει. Ποῦ δὲ τὴν ἀρετὴν ἀποδείκνυται; ὅτε τὰ ἄκρα αὐτῶν καὶ ὑπερτεταμένα δεινὴ καὶ ἐκλέξαι καὶ εἰς ἄλληλα συνδῆσαι.*

Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν
ἔμμεν ὠνὴρ, ὅστις ἐναντίος τοι
ἰζάνει, καὶ πλησίον ἀδὺ φωνείσας ὑπακούει,
καὶ γελαίσας ἱμερόεν· τό μοι ἐμὰν
καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν.
ὡς[τε] γάρ σ' ἴδω, βροχέως με φωνᾶς
οὐδέν ἔτ' ἴκει.
Ἀλλὰ κὰμ μέν γλῶσσα ἔαγε, λεπτὸν δ'
αὐτίκα χρῶ πῦρ ὑποδεδρόμακεν,
ὀππάτεσσι δ' οὐδέν ὄρημ', ἐπιῤῥόμβεισι δ' ἀκουαί.
Κὰδ δ' ἰδρὼς ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ
πᾶσαν ἀγρεῖ, χλωροτέρα δὲ ποίας
ἐμμι, τεθνάκην δ' ὀλίγω ἐπιδευήν
φαίνομαι ....
Ἀλλὰ πᾶν τολματὸν, ἐπεὶ [καὶ] πένητα ....

Οὐ θαυμάζεις, ὡς ὑπ' αὐτὸ τὴν ψυχὴν, τὸ σῶμα, τὰς ἀκοὰς, τὴν γλῶσσαν, τὰς ὄψεις, τὴν χρόαν, πάνθ' ὡς ἀλλότρια διοιχόμενα ἐπιζητεῖ, καὶ καθ' ὑπεναντιώσεις ἅμα ψύχεται, καίεται, ἀλογιστεῖ, φρονεῖ; ἢ γὰρ φοβεῖται, ἢ παρ' ὀλίγον τέθνηκεν, ἵνα μὴ ἔν τι περὶ αὐτὴν πάθος φαίνηται, παθῶν δὲ σύνοδος. Πάντα μὲν τοιαῦτα γίνεται περὶ τοὺς ἐρῶντας· ἡ λῆψις δ', ὡς ἔφην, τῶν ἄκρων, καὶ ἡ εἰς ταὐτὸ συναίρεσις ἀπειργάσατο τὴν ἐξοχήν· ὅνπερ, οἶμαι, καὶ ἐπὶ τῶν χειμώνων τρόπον ὁ ποιητὴς (Iliad. ο. 624 seqq.) *ἐκλαμβάνει τῶν παρακολουθούντων τὰ χαλεπώτατα.*

Ille mihi vir par esse diis videtur, qui adversus te sedet, et prope dulce loquenti auscultat et suave ridenti: hoc mihi cor meum in pectoribus perculit. Quando enim te adspexi, confestim mihi vocis nihil amplius adest. Sed infracta est lingua, tenuisque statim artus flamma subiit, oculis nihil cerno, et vertigine aures rotantur. Ac sudor gelidus defluit, tremorque totam occupat, pallidior sum herba, et a morte prope abesse videor. .... Sed quidvis audendum, quum et pauperem ....

Eodem metro reddit Catullus 51. *Ille mi par esse deo videtur, Ille, si fas est, superare divos, Qui sedens adversus identidem te Spectat et audit Dulce ridentem, misero quod omnis Eripit sensus mihi: nam simul te, Lesbia, adspexi, nihil est super mi .... Lingua sed torpet, tenuis sub artus Flamma dimanat, sonitu suopte Tintinant aures, gemina teguntur Lumina nocte. Otium, Catulle, tibi molestum est: Otio exsultas nimiumque gestis: Otium et reges prius, et beatas Perdidit urbes.*

Descripserunt fragmentum praeter Anacreonticorum editores plerosque Is. Vossius notis ad Catullum p. 113, Brunckius Anall. T. I. p. 55, A. Schneiderus sel. poetr. Gr. carm. p. 32, G. Hermannus Elem. doctr. metr. p. 679, Egertonus in libello supra commemorato. Quaerunt interpretum nonnulli, quis ille cui assideat: cuius interrogationis ad partem alteram ne

ipsa quidem Sappho respondere potuerit. Nam pronominibus κῆνος ὅστις non unum quendam designari satis constat, siquidem ὅστις ad eum, qui praegresso nomine proprio vel pronomine personali vel demonstrativo definitus est, nunquam refertur, nisi si est *ut qui, quippe qui*. Quum autem ὅστις infinitum dupliciter esse possit, vel ita ut e pluribus, qui exstant revera, unum aliquem eligi iubeamus, vel ita ut mente tantum fingamus, si quis talis sit, esse revera non praestemus: nunquam tali ὅστις vel eiusdem potestatis pronomini ὃς ἄν vel simplici ὃς cum subiunctivo constructo demonstrativum pronomen *praemittitur*, nisi ubi sola cogitatione res continetur. Adi Homer. Il. ι. 312. ν. 232. Od. α. 403. β. 114. ζ. 158. Hesiod. Op. et D. 293. Theogn. 491. Sophocl. Antig. 1027. Eurip. Hec. 623. Quapropter Sappho non significat esse viros, qui illa voluptate perfruantur, sed cogitatione tantum fingit, si quis assideat. Neque est, cur quis in indicativo haereat, quem exemplorum istorum plura exhibent. Ex observatione simplicissima apparet, non illo viro, qui aliis scilicet amoribus incaluerit, poetriam ardere, sed istos affectus adspectu eius moveri, cuius risus et loquela auditorem diis inserere videatur. Non magis invidia et prava aemulatio, qua illi se viro posthaberi conqueratur, vehementissimis motibus eam perturbant, siquidem revera non dicitur exstare, cui possit felicitatem a se ipsa expetitam invidere. Verum ut Plato scribit Phaedro p. 251. a. ὁ ἀρτιτελὴς .... ὅταν θεοειδὲς πρόσωπον ἴδῃ κάλλος εὖ μεμιμημένον, ἢ τινα σώματος ἰδέαν, πρῶτον μὲν ἔφριξεν .... ἰδόντα δὲ αὐτὸν, οἷον ἐκ τῆς φρίκης; μεταβολή τε καὶ ἱδρὼς καὶ θερμότης ἀήθης λαμβάνει: ita nunc Sappho iisdem affectibus ob solum pulchritudinis desiderium agitatur. Porro Welckerus in libro de moribus Sapphonis p. 63. ipsis negat inesse verbis poematis, quod ad puellae potius quam viri amorem trahendum sit; aliter enim ille de lectione vss. 3. 5. iudicat: de qua etiamsi nostra sententia ambigua videatur, illa controversia hac re dirimitur, quod, qui adversus sedens alterius venustate oblectetur, virum Sappho, non mulierem fingit. Et Plutarchus Amator. p. 763. Ἀνάμνησον ἡμᾶς, ait, ἐν οἷς ἡ καλὴ Σαπφὼ λέγει, τῆς ἐρωμένης ἐπιφανείσης, τὴν τε φωνὴν ἴσχεσθαι, καὶ φλέγεσθαι τὸ σῶμα, καὶ καταλαμβάνειν ὠχρότητα καὶ πλάνον αὐτὴν καὶ ἴλιγγον.

Hactenus de universi carminis affectione et consilio: iam singulorum locorum lectiones ponderabimus. Vs. 1. Vat. 2. κεῖνος ἴοσσθε οἷσιν. Etiam in edd. Robortelli et Manutii et apud Stephanum, Ursinum, Fabrum expressum est κεῖνος. Sed diserte Apollonius de Pronom. p. 75. Αἰολεῖς κῆνος· φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖς ἔμμεν ὠνήρ, Σαπφώ. Idem p. 106. de pronomine tertiae personae agens: Αἰολεῖς οὐν. τῷ F· φαίνεταί Foι κῆνος, Σαπφώ. Probarunt hoc Is. Vossius, et Bekkerus ad Apollon. p. 184. Si vera sunt, quae supra de potestate pronominum κῆνος ὅστις disseruimus, non poterit ullum iudicium illi vel de ipso vel de alio saltem modo indicativo attribui; sed qualis eius condicio futura sit, iudicat ea, quae esse illum ponit, quaeque deinceps vs. 5., nulla vocula aut adversandi aut adiungendi interiecta, ad ea enarranda pergit, quae ipsa eodem loco constituta sentiat. Certe enim, si ab alius mente exorsa, ad consentiens iudicium suum progrederetur, dictura fuisset, *ut mihi quoque*; si ad diversum, *at mihi*. Quocirca Apollonium memoriae errore lapsum censemus. Mox verborum ἴσος θεοῖσιν novam interpretationem protulit Welckerus l. l. p. 68, cui dei comparatione animus adversus amorem obfirmatus videtur indicari, qualis solus tantam voluptatem perferre possit. At veteres poetae constanter deos aeque ac mortales amoris potentiae negant pares esse; neque in verbis quidquam

reperitur, quod ad tolerantiam pertineat, nullum δύναται, ὑπομένει, ἔτλη, sed vocabula ἴσος θεοῖσιν altiorem quendam dignitatis et felicitatis gradum ostendunt, in quem ille escendisse videatur. Sensitque ipse Welckerus p. 70, hanc explicationem, quae sola ex verbis poetriae elici potest, apte cum proximis versibus congruere, nexu sententiarum tali, ut, qui adversus hanc puellam sedeat, ultra humanae sortis modum beatus praedicetur, quum vel adspectus eius tantam laetitiam moveat, ut quis non amplius sibi imperet. Vs. 2. cod. Par., teste Bastio, ἐμμένων ἥροϛις ἐναντίος τοιζάνει. Codd. Ambros., Eliensis, Laur. et fortasse Vat. 3. ἐμμένων ἥρως τις ἐναντίος τοι. Ab his discrepat catenus Vat. 2., ut ἐμμένον exhibeat, quod Zaccagnius etiam e Vat. 3. prodidit. Robortellus e coniectura: ἐμπρέπων ἥρως, ὃς ἐναντίος σοι. Manutius: ἔμμεν' ἢ μὴν, ὅστις. Ἔμμεν' plures citra necessitatem, quum in inscriptione Lesbia aliisque, de quibus Koen. ad Greg. p. 310, etiam δόμεν exaratum sit. Ibidem Stephanus, Ursinus, Faber ἀνὴρ, quod nuper revocavit Blomfieldus, quia praeter Atticos ceteri non dixerint κεῖνος ὁ ἀνήρ. Et Homerus quidem ut omnino articuli usu abstinuit, ita non dixit κεῖνος ὁ ἀνήρ: Sappho quum articulum non accedente isto pronomine frequentet, non apparet, cur illa formula negetur usa esse. Mox Steph., Ursin., alii ἐναντίον. Pro τοι Blomf. requirebat σοι, paullo negligentius inspecto Apollonii praecepto, cui fragm. VII. subiungitur. Vs. 3. Vat. 3. ζάνει καὶ πλησίον ἀδυφων. σαῖς ὑπακούει. Primum vocabulum in hoc et in Laur. pronomini τοι ita adhaeret, ut ex Par. enotatum est. Solo spiritu vocabuli ἀδύφων: a Vat. 3. dissident Par. et Ambr., Laur. et hoc et vitiosa scriptura πλησίον. Sed Vat. 2. ἰζάνει καὶ πλησίον ἀδύφώνου, σαῖς ὑπακούει. Robort. ἀδυφωνούσας. Manut., Ursin., Portus ἀδυφώνου σεῦ. Boivinus, Volgerus, Hermannus, Welckerus l. l. p. 66. ἀδὺ φωνᾶσαί σ'. Blomfieldus ἀδὺ φωνοίσας, alii ἀδὺ φωνούσας vel φωνεύσας. Ex librorum scriptura neque infinitivo neque participio satis validum praesidium petieris, quum diphthongus $\overline{ου}$, quam habet Vat. 2, ex arbitrio librarii suppleta sit, ceterorum punctum versum finitum indicet, ad certum quendam sonum trahi nequeat. Nec finale $\overline{σαις}$ non poterat a librariis Aeolicae formae male studiosis pro terminatione genitivi inferri, qui fragm. XXVI. dederint ὑποθυμιάδαις. Sed usus loquendi accus. cum infin. non fert a verbo ἀκούειν aptum, nisi quando est *certiorem fieri:* cuius quis vocem suis auribus percipit, eius necessarius est in nostro verbo vel dativus vel genitivus. Unde nunc illud φωνᾶσαί σε pravum iudicamus. Participii penultima syllaba quum ex coniectura esset supplenda, nunc quoque sonum carm. I, 19. commendatum elegimus. Vs. 4. Hemsterhusii coniecturam, Obss. Misc. T. IV. p. 287. suadentis ἐπακούει, probarunt Ruhnkenius et Blomfieldus; exquisitius esse vulgatum, *attente et cum silentio audit*, monuit Weiskius. Vs. 5. Manutius, Stephanus, Ursinus καὶ γελώσας, Is. Vossius ex cod., ut dicit, bibl. Paris. καὶ γελάϊς, quod assumpserunt insecuti editores plerique omnes, nisi quod nonnulli scribunt γελᾶϊς. Toupius tamen καὶ γελάϊς δ', Blomfieldus καὶ γελάσας. Ex codd. Vat. 2. 3. Par. Laur. καὶ γελαῖς, Ambr. et El. καὶ γελᾷς δὴ, eademque lectio est Robortelli. Illud igitur γελάϊς, quod plerique amplexi sunt, alii pro secunda persona indicativi, alii pro infinitivo accipiunt: utriusque enim talem formam apud Aeoles obtinuisse tradunt Grammatici, quorum testimonia paullo diligentius examinabimus. Itaque Herodianus περὶ μον. λέξ. p. 23. docet, Aeoles protulisse πάλαιμι, γέλαιμι, πλάναιμι, Boeotos τάρβειμι, ποίειμι, φίλειμι: eiusque verborum formae Theodosius in Bekkeri Anecdd. Gr. p. 1045. hanc tradit esse flexionem,

γέλαιμι, γέλαις, γέλαι. Eadem scriptura reperitur apud Herodianum Hort. Adon. p. 413. extr. Nec discrepant Gregor. Corinth. Aeol. §. 15. ceterique, quorum locos illi Koenius adscripsit, quando verborum in άω cadentium personis secunda tertiaque τ ceteris ἀνεκφώνητον Aeoles ἐκφωνεῖν referunt. Licet enim exemplis regulae adiectis βοάϊς, γελάϊ puncta diaeretica appingantur, in ipsa tamen regula de sola ἐκφωνήσει agitur, quod nomen ad diphthongorum pronunciationem pertinet, a diaeresi diversum est, veluti Choeroboscus in Bekk. Anecdd. p. 1214. seq. et Moschopulus p. 25. Titz. τὴν αι δίφθογγον τὴν ἐκφωνοῦσαν τὸ τ soli sono ᾳ opponunt. Sicut autem nusquam de diaeresi ista expresse praecipitur, ita eam, etiamsi certius constaret, formam γέλαιμι Aeolibus nimis vage tributam apud Lesbios potissimum, quibus sane Eustathius p. 618. eam assignat, in usu fuisse, huic terminationi non liceret ut omnino Aeolicam adhibere, quum diserte Choeroboscus, laudatus a Bekkero ad Apollon. de Synt. p. 350, diphthongos Aeolibus proprias neget dissolvi. Sed maxime mirum fuerit, si admissa diaeresi etiam ᾱ possit produci. Obscure γελάϊς ex γελάεες contractum censet Goettling. ad Theodos. p. 227. Postremo nostri loci continuitas plane abrumpitur, finito verbo tali interiecto. Infinitivum autem esse γελαις tradunt quidam inferioris aetatis magistri, Ioannes Grammaticus p. 387, Gregor. Corinth. Aeol. §. 53, Grammaticus Meermannianus Aeol. §. 35, Phavorinus v. ἀπαρέμφατα: ex quibus Gregorius scribit γελάϊς, Phavor. et Gramm. Meerm. γελαῖς, Ioannes expresse postulat γέλαις, quum Gregorius diaeresin in exemplis expressam ne nunc quidem verbis disertis praecipiat. Hesychii autem πλαταῖς ob formam interpretamenti τὸ ὠμοθετῆσαι cessit infinitivo aoristi πλαταῖναι. Excepto Ioanne reliqui hunc infinitivum conferunt cum eiusdem gentis formis φίλην, κάλην, φρόνην, et ὑψοις, ὀρθοις, χρυσοις, quarum in classe altera redit varietas supra notata generum scribendi ὑψόϊς, ὑψοῖς, ὕψοις. Illud ην frequens est, αις et οις in infinitivis, si a nostro loco discesseris, nulla scriptoris, qui iis formis usus sit, auctoritate confirmantur. Nec tantum deest fides locorum, verum ne hoc quidem explices, unde tam singulares terminationes et a vulgari infinitivi specie remotae originem ducere potuerint. Quamquam non plane barbara illa γέλαις, ὄρθοις pronunciamus, sed nisi alia Grammaticorum testimoniis doceremur, participiorum formam Aeolicam agnosceremus, similem eam illius ἀγίνεις, quod carm. I, 19. Criticorum auctoritatibus tuiti sumus. Sicut enim φίλεις, νόεις, στοίχεις, προσμέτρεις componuntur cum τιθείς, ita Alcaei κίρναις, pari iure a κίρνημι et κιρνάω derivatum, abunde participia γέλαις et πείναις munit, et quum Aeoles non dubie pro διδοὺς et δοὺς dixerint δίδοις et δοίς, ut δοῦσα pro δοῦσα, illorum quoque verborum, quae vulgo in οω exeunt, participia eiusdem formae fuisse consentaneum est. Tali argumentatione facile quis in eam deferatur suspicionem, ut Grammaticos opinetur, quae erant participio adscribenda, falso ad infinitivum traxisse, quae cum nostris αις et οις erat verborum in εω cadentium terminatio εις componenda, eam male altera ην commutasse. Iam cognosce annotationem Ioannis Grammatici, adhuc a nobis praetermissam. Τὰ δὲ ἀπαρέμφατα ῥήματα, inquit, ἀπὸ τῶν εἰς ων ληγόντων μετοχῶν τὰ καταλήγοντα εἰς ειν, οἱ Αἰολεῖς εἰς εις μεταβάλλουσι· νοῶν νοεῖν νόεις, φρονῶν φρονεῖν φρόνεις, καλῶν καλεῖν κάλεις. Quae subiungit de terminationibus αις et οις, ea non differunt a ceterorum praeceptis. In verbis autem iis, quae apposuimus, hoc imprimis memorabile est, quod hic

quidem revera exitus $\overline{\epsilon\iota\varsigma}$, $\overline{\alpha\iota\varsigma}$, $\overline{o\iota\varsigma}$ inter se confert, deinde quod in regula sua participii mentionem iniicit, cuius forma addita neque accuratius finitur, quorsum ipsa regula pertineat, neque perspicuitas syllabae $\overline{\epsilon\iota\nu}$ in $\overline{\epsilon\iota\varsigma}$ mutandae adiuvatur. Immo ordo vocabulorum *νοῶν νοεῖν νόεις* hoc ostendit, ex *νοῶν* derivari *νόεις*, interposito similioris soni infinitivo *νοεῖν*, et regulam apud Ioannem confusam in antiquiorum Grammaticorum libris talem fere fuisse: *Τὰς εἰς ῶν ληγούσας μετοχὰς, κατὰ τὰ ἀπαρέμφατα τὰ λήγοντα εἰς ειν, οἱ Αἰολεῖς εἰς εις μεταβάλλουσιν.* Quodsi Ioannis de *εις* praeceptum ad participia pertinet, ad eadem regulae de *αις* et *οις* praescriptae erunt traducendae. Sed Gregorius, qui in universum ab Ioannis auctoritate pendere solet, primam regulam falsam esse intelligens, pro $\overline{\epsilon\iota\varsigma}$ posuit $\overline{\eta\nu}$, recte, ubi de infinitivo agebatur: in ceteris, ut reconditioribus, non haesit, certe non habebat, quemadmodum ista $\overline{\alpha\iota\varsigma}$ et $\overline{o\iota\varsigma}$ corrigeret. Gregorium rursus sequitur Phavorinus. Vides quam dubia omnino sit Aeolici infinitivi *γέλαις* fides: nam si de nostri unice loci lectione disputare voluissemus, satis fuisset, superiorem de constructione verbi *ἀκούω* observationem repetere, huc referre, quae paullo ante monita sunt de diphthongo non solvenda, de vocali *ᾱ* non producenda, animadvertere tempus inepte variatum infinitivorum *φωνᾶσαι* et *γέλαις*. Operosiore demonstratione hoc assecuti sumus, ut, si supra recte participium *φωνείσας* probavimus, de huius vocabuli specie dubitatio nulla relinquatur. A partic. masc. *γέλαις* legitime descendit *γελαίσας*, quod egregie concinit cum librorum lectionibus in Alcaei fragmm. II. XVIII. *χόλαισι* et *δίψαισι*, i. e. *χαλῶσι* et *διψῶσι*. *Γελαίσας* coniecit etiam Buttmannus gr. plen. T. I. p. 503, idque probavit Matthiaeo T. I. p. 363, sed ille $\overline{\alpha\iota}$ ex $\overline{\alpha o\iota}$ contractum ratus. Est id reapse trisyllabum; quum autem Aeolica diphthongi pronunciatio punctis appositis notata esset, $\overline{\alpha\varsigma}$ syllaba, ut metrum constaret, abiecta, dein postquam *γελᾷς* dissyllabum receptum erat, eadem de caussa ab aliis *δὴ* vocula adiecta est. Confer dicta de carm. I, 5. Ceterum verba Sapphonis expresserunt Lucianus Amor. c. 46. *Ἀλλ' ἐμοὶ μέν, δαίμονες οὐράνιοι, βίος εἴη διηνεκὴς οὕτος, ἀπαντικρὺ τοῦ φίλου καθέζεσθαι, καὶ πλησίον ἡδὺ λαλοῦντος ἀκούειν.* Xenophon Ephesius II. p. 25. *Τῷ δὲ ἄρα οὐδὲν ἔργον ἦν ἢ φιλεῖν Ἀνθίαν καὶ ὑπ' ἐκείνης φιλεῖσθαι, καὶ λαλεῖν ἐκείνῃ καὶ ἀκούειν λαλούσης.* Mox in carmine nostro Steph., Ursin., Is. Vossius *τό μοι τάν*. Codd. autem Vat. 2. 3. Par. Laur. *μὴ ἐμὰν*, Ambros. *μοὶ ἐμάν*. Pronomen possessivum, a Boivino restitutum, tuetur Toupius, advocato versu Arimaspiorum, quem infra Longinus exhibet: *θαῦμ' ἡμῖν καὶ τοῦτο μέγα φρεσὶν ἡμετέρῃσιν*. Nec dissimilis est eiusdem pronominis pleonasmus in Homericis, *σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν, εἰ σύγε θυμῷ σῷ ἐθέλεις, ἄνσχεο σὸν κατὰ θυμόν*. Hermannus *ἄμμαν* scribere maluit. Vs. 6. Vat. 2. ante *ἐπτόασεν* inserit *ἐποπτόασεν*, quod in Laur. manus recentior adiecit. Ex Vat. 2. 3. Zaccagnius profert *καρδίων*. Paris. *στήθεσσιν*. Robortellus: *τό μοι καρ- δίαν ἐν στήθεσσιν ἐπεπτόασεν*. Vs. 7. Par. *ὡς γὰρ σ' ἴδω βρόχεώς με φωνᾶς*. Plane eadem ex Ambros. prodidit Gudius, Schurzfleischius vero haec in eo legi testatur: *ὡς γὰρ σ' εἴδω βροχέως με φώνας*. Cum Parisino conspirat Eliensis, excepto accentu verbi *ἰδῶ*. Ex Laur. notantur haec: *ὡς γὰρ σ' ἴδω βροχέως*. Ex Vat. 2. 3. *ὡς γὰρ σ' εἰδω*, ex posteriore etiam *φωνᾶς*. Robort. *ὡς γὰρ ἴδω σε βρόχεως με φωνᾶς*. Manut. *ὡς ἴδον σ', ὡς βρόγγον ἐμοὶ γὰρ αὐδᾶς*. Steph. *ὡς ἴδον σε, βρόγγον. ἐμοὶ γὰρ αὐδᾶς*. Ursinus: *ὡς ἴδον γάρ σε, βραχέως ἐμ' αὐδᾶς*, in

cod. Vatic. monens se notatum vidisse *βρόχεως*. Is. Vossius ex cod. Paris. *ὡς γὰρ εἴδω σε βροχέας με φώνας*, qui unde dicat male vulgo *βρουχέως* scribi, non comperimus. Tollius: *ὡς γὰρ εἴδω σε, βρόχε᾽ ὥς με φωνᾶς*. Blomf. *ὥς τε γὰρ Fιδῶ, βροχέως με φωνᾶς*, illud *Fιδῶ* corroborans Latino *video*, et *τέ* pro pronomine haberi iubens. Hermannus: *ὡς γὰρ εἰσίδω βροχέ᾽, ὥς με φωνᾶς*: qua in coniectura aegre pronomen desideramus. Nobis lenissima visa est emendatio, si *ὥστε* pro vulgato *ὡς* scriberetur: quod si alibi non observatum est potestate temporali usurpatum, at *ὄχως τε* ea vi habet Herodotus II, 108. Quod vero Hermannus cum Tollio *βροχέως* in duo vocabula distrahit, solet sane duplicati *ὡς* responsione celeritas eventus pingi, ut Iliad. *ξ*. 294. *τ*. 16. *υ*. 424. Theocr. 2, 82. 3, 42, sed eam ipsam celeritatem quasi retardat *βροχέα* priori membro additum. Non vacat, fatemur, omni offensione *βροχέως* de re positum, qua quis afficiatur, quum de actione aliqua exsequenda usitatum sit: quum tamen in Machonis versibus apud Athen. VIII. p. 349. a. legatur *ἐμεθύσθη συντόμως*, eundem locum nostro vocabulo concedendum arbitramur. Nimis inepte alii *βροχέως* cum *βρόγχῳ, gutture*, coniungunt. Vs. 8. codices teste Toupio fere omnes *εἶκει*, ex Eliensi proditur *ἔϊ᾽ ἥκει*. Editores *ἔθ᾽ ἥκει*, primus Toupius *ἵκει*, ut fragm. LXI. Vs. 9. Par. et Vat. 3. *κἂν μὲν γλῶσσα*, Vat. 2. et Laur. *κἂν μὲ γλῶσσαν*, Vossius e scriptis libris *καμμεῦ*, Boivinus *ἀλλ᾽ ἀκὰν μέν, sed tacite quidem*. Pro codicum omnium, Parisini quoque, ut Bastius testatur, lectione *ἔαγε*, Vossius e scriptis libris, ut dicit, *σέσιγε*, a verbo *σίζω* deductum, sed nihil tale in cod. Paris. esse, ad quem alibi Vossius provocat, scribit etiam Pearcius. Barnesius *πέπηγε*. Librorum lectionem tuetur Lucretii imitatio III, 155 seqq. *Sudores itaque et pallorem exsistere toto Corpore, et infringi linguam, vocemque aboriri, Caligare oculos, sonere aureis, succidere artus.* Ibidem cum Manutio Steph., Ursin., Toup. *γλῶσσ᾽ ἔαγ᾽* vel *ἐάγη* cum synizesi, *ἂν δὲ λεπτόν*. Robort. totum versum omittit. Vs. 10. Robort. *κ᾽ αὐτίκα*. Vat. uterque et Laur. *ὑπεδεδρόμακεν*, e Par. Bastius enotat *ὑπαδεδρόμακεν*, cui adhibenda est observatio Grammatici in Bekkeri Anecdd. Gr. p. 928. *ἡ ὑπὸ Δωρικώτερον ὑπὰ εἰρημένη*. Robort. *ὑποδεδράμακεν*. Sed Blomfieldus, quia lux et caligo caelo, lanugo et rubor genis, color omnino corporibus *ἐπιτρέχειν* dicatur, hoc potius verbum nostro quoque loco requisivit, cui etiam dativus aptandus esset pro accus. *χρῶ*: quem errorem in Suppl. Animadvv. correxit. Flamma enim subit artus, tenuis dicta, quia in omnes partes penetrat. Efficacius igitur hoc cum nomine adiectivum construetur, quam si cui in hac affectionum suarum descriptione teneram sese ac mollem poetria diserte videatur dixisse. Vs. 11. codd. Vat. 3. El. Laur. et teste Bastio Par. *ὀππάτεσι*, Vat. 2. *οππατεσι*, Pearcius in Par. *ὀππάτεσσιν* scriptum tradit. Robort., Manut., Steph., Ursinus, Faber *ὀμμάτεσσιν*. Duplex *π̄* in eo vocabulo annotant Gregor. Cor. Aeol. §. 4. ceterique Grammatici, qui eodem volumine comprehenduntur, et Etym. M. p. 624, 19. secundum cod. Leidensem, cuius lectionem proposuit Koen. ad Gregor. p. 581. Mox Vat. 2. *ὀρῆμ᾽ ἠ*, Vat. 3. et Laur. *ορῆμ᾽ ἠ*, ex Par. Bastius enotat *ὀρῆι μὴ*, Pearcius *ὀρῆ μὴ*. Vossius in cod. Par. *ὀππάτεσσι* et *ὄρημι*, in eodem autem simul *ὄρηπι* esse scribit. In utroque Vat. Zaccagnius legit *ὄρημι*. Robort. *ὀρῶμι*, ceteri vel *ὄρημι* vel *ὄρημι*. Hesychius: *ὄρημαι, ὁρῶ*. Participium *ὁρεὶς* in Pittaci epistola est ap. Diog. Laert. I, 81. Postremo Vat. 2. 3. et Bastio teste Par. *ἐπιρομβεῖσι δ᾽ ἄκουε*, in quo Pearcius

ἀκουὲ scriptum tradit, Laur. ἐπιρόμβεισι δ' ἄκουαι. Sed Robortellus κἀπιβομβεῦσιν δ' ἀκουαί, cum Manutio plerique βομβεῦσιν δ' ἀκοαί μοι, a qua lectione hactenus recedit Vossius, ut Foι, Ursinus et Toupius, ut βομβεῦσ' ἐν scribant. Boivinus, Pearcius, Brunckius, Weiskius, Hermannus verbi a codd. exhibiti solam terminationem mutarunt, ἐπιῤῥομβεῦσι scribentes, qua de re diximus ad I, 19. Est vero illud verbum aptissimum, modo intransitive accipiatur. Vs. 13. Vat. 2. ἐκ δε μ, ἰδρῶς, Vat. 3. ἔκαδε μ' ἰδρὼς, eademque in Par. esse scribit Pearcius, ex quo Bastius haec prodidit: ἐκαδε μ' ἰδρῶς. Deinde Vat. 2. 3. καχχέεται τρόμος δὲ πᾶσα,ν' ἀγρεῖ, Par. secundum Bastium κ' αχχέεται τρόμος δὲ πᾶσ' ἀναγρεῖ, Pearcius cum cum Vaticanis conspirare dicit. Ex Ambr. et El. notatur ἀγρεῖ. Robortellus ἐκ δὲ μεῦ, sequitur talis versus, ψυχρὸς ἰδρὼς ἐκχέεται, τρόμος δὲ πᾶσαν. Correxit Manutius, qui tamen αἱρεῖ scripsit. Antiquam verbi formam, quam Ursinus quoque in libris quibusdam notatam dicit, e codice suo revocavit Vossius, adhibito fragm. XL. simul cum glossa Hesychii: καταγρεῖ, καθαιρεῖ, καταλαμβάνει, quacum Albertus confert eiusdem glossas de vv. ἀγρεῖται et ἱππαγρέτας. Adde Homerica παλινάγρετος et αὐτάγρετος. Typographi peccatum ex editione Manutii, χλωροτέρη, repetierunt Ursinus, Stephanus, Vossius. Robort. et codd. χλωροτέρα. Pro ποίας Vossius πούας, quod e πόFας deducit, ex codice, ut ait. Idem vocabulum Eichstadius Quaest. philol. spec. I. p. 61. ut languidum interpretamentum cedere voluit verae lectioni θάψω, quam e Schol. Theocr. 2, 88. sibi videbatur eruisse: verum ut Scholiastam aliud dicere dudum viderunt A. Schneiderus et Volgerus ex ipsius verbis, quae fragm. CVIII. adscribimus, ita rem expedit Photii locus postea in lucem protractus. Vs. 15. Ambr. τεθνάκην δ' ὀλίγω πιδεύσην, postremo loco Par. πιδευσην sine nota accentus, Vat. 2. πιδεύειν, Vat. 3. et Laur. πιδευκην. Robort. τεθνάκην δ' ὀλίγω δέω, κἦν. Manut., Ursin., Steph. τεθνᾶναι δ' ὀλίγου δέουσα. Vossius, tamquam e codice, τεθνάκην δ' ὀλίγω 'πιδεῦσα, totidemque litteris A. Schneiderus et Volgerus. Brunckius, Blomfieldus, Hermannus, Egertonus 'πιδεύσην. Infinitivus perfecti τεθνάκην satis defenditur collato verbo ἐπιτεθεωρήκην, quod e marmore Cymaeo ductum cum infinitivis eiusdem temporis in κημεν exeuntibus componit Koen. ad Gregor. p. 310. Inoffensa deinde est constructio verbi ἐπιδευέω cum infinitivo. Sed eius verbi ipsius infinitivus futuri ἐπιδεύσην, ex bonis sane codicibus a Criticis susceptus, tam vividam orationem in ipso fine frangit et debilitat, si poetria prope a morte afore potius quam cummaxime abesse se dicat videri. Praesens tempus interpretando exprimit Longinus, dum scribit παρ' ὀλίγον τέθνηκεν, non τεθνήξεται. Praeterea quum verbum ab adiectivo ἐπιδευὴς non possit aliud derivari nisi ἐπιδευέω, ex futuro eius non videtur η eiici oportere, quod etiam futurum medium, quamquam huius quidem praesens barytonon est, ubique servat. Itaque praesentis infinitivum, a cod. Vat. 2. oblatum, praetulimus, sed ita scribere placuit, ut alterius lectionis origo planius intelligeretur. Et simile nostro ἐπιδευέην est ἀρχέην in marmore Cymaeo Caylusii Collect. Antiq. II, 3. tab. 56. lin. 17. Vs. 16. lacunam et codicum omnium et exempli Robort. plerique cum Manutio explent addito ἄπνους. Vossius, postremum versum omittens, primum eius vocabulum huc retrahit, idque Aeolicum dicit pro ἀλάλη *muta*, auctoritate fretus Gregorii Cor. Acol. §. 3, quem perversa vulgaris vocabuli ἄλλος notatione falsum esse patet ex Etym. M. p. 66, 54. Etym. Gud. p. 38, 8. Etym. Sorbon. Ms. ap. Bast.

ad Greg. p. 579. Probabilius Toupius nomen puellae excidisse opinatur, estque sane aptissimum, quod Hermannus commendat, *Ἀτθί*. Totius loci inde a vs. 6. frequenter meminerunt veteres scriptores. Ut Plutarchus praeter verba supra annotata ex Amatorio p. 763. etiam in vita Demetrii p. 47. Hutt. *Τῆς Στρατονίκης καὶ καθ' ἑαυτὴν καὶ μετὰ τοῦ Σελεύκου φοιτώσης πολλάκις, ἐγίνετο τὰ τῆς Σαπφοῦς ἐκεῖνα περὶ Ἀντίοχον πάντα· φωνῆς ἐπίσχεσις, ἐρύθημα πυρῶδες, ὄψεων ὑποδείξεις, ἱδρῶτες ὀξεῖς, ἀταξία καὶ θόρυβος ἐν τοῖς σφυγμοῖς, τέλος δὲ, τῆς ψυχῆς κατὰ κράτος ἡττωμένης, ἀπορία καὶ θάμβος καὶ ὠχρίασις.* Idem de profectibus in virtute sentiendis p. 81. *Νέῳ ἀνδρὶ γευσαμένῳ προκοπῆς ἀληθοῦς ἐν φιλοσοφίᾳ τὰ Σαπφικὰ ταυτὶ παρέπεται, Κατὰ μὲν γλῶσσ' ἔαγ', ἂν δὲ λεπτὸν αὐτίκα χρῶ πῦρ ὑποδέδρομε· καὶ ἀθόρυβον δὲ ὄψιν καὶ πρᾷον ὄμμα, φθεγγομένου δ' ἀκοῦσαι ποθήσειας.* Aristaenetus II, 5. *Πυκνὰ παλλομένης ἐφάπτομαι τῆς καρδίας, καὶ δεινῶς ἐκπηδᾶν καὶ φλέγεσθαί μοι δοκεῖ.* Ubi *φλέγεσθαι*, quod pro vulgato *φθέγγεσθαι* Boissonadius dedit e coniectura Valckenarii Ruhnkenio quoque probata, idem scribit ad Eunap. p. 258. in cod. Vindob. repertum esse a Bastio. Sed Aristidi Monod. de Smyrna p. 261. non magis satisfacit laudatio pulchritudinis vs. 11. contenta, qua spectatorum oculi occaecentur, quam Homerica comarum cum hyacintho comparatio. Utramque praedicationem exsuperaturus ita scribit: *Τὸ ὑπὲρ πάσης τῆς πόλεως ἑστηκὸς γάνος, οὐ διαφθεῖρον τὰς ὄψεις, ὡς ἔφη Σαπφώ, ἀλλ' αὔξον καὶ τρέφον καὶ ἄρδον ἅμα εὐθυμίᾳ· ὑακινθίνῳ μὲν ἄνθει οὐδαμῶς ὅμοιον, ἀλλ' οἷον οὐδὲν πώποτε γῆ καὶ ἥλιος ἀνθρώποις ἔφηναν.* Ad Sapphonem sola haec pertinent, *διαφθεῖρον τὰς ὄψεις*: ceteri flores, *αὔξον, τρέφον, ἄρδον*, decerpti sunt ex Platonis Phaedro p. 246. c. 251. b. d. Ex quinta stropha, a consilio, quo cetera se dicit expromere, seiuncta, solum Longinus adscribit versum primum, deinde inchoata sententia abrupta, quam egregie per omnem illum locum diversas affectiones suas poetria depingat, scite admiratur. Sed ipsius versus huius metrum turbatum est, inserta post *ἐπεὶ* vocula *καὶ*, quam in Par. Laur. Vat. 2. 3. repertam testantur: Zaccagnius tamen in Vat. 2. omissam scribit. Totum versum neglexerunt Stephanus, Ursinus, alii; Robortellus dedit *ἐπεὶ πέ-* et quasi proximi versus initium *νητα θαυμάζεις*. Hoc patet, Longini orationem aptissime incipi a verbis *οὐ θαυμάζεις*. Verum quaerentibus nobis, quae fuerit inchoatae strophae sententia, succurrit Catulli carmen, pene ad verbum ex Graecis versum, ut in superioribus, ita in his extremis, quae quidem inter se conferre licet. Catullus animum ab otio revocat, Sappho se ipsa ad audendum exhortatur; Catullus ubi otium vel reges beatasque urbes perdidisse dicit, multo gravius privatis et pauperibus esse significat: in Sapphonis versu etsi *καὶ* ob metrum locum tueri nequit, tamen a Longino fortasse scriptum est pro enclitica *τε*, quae memoratis pauperibus ad reges illos urbesque in altero orationis membro subsequentes attendere lectorem iuberet; velut si talem in modum universa stropha conformata erat: *Ἀλλὰ πᾶν τολματὸν, ἐπεὶ πένητά τ' Ὤλεσέν ποθ' ἀσυχία τέρεινα, Ὄλβιόν τ' ἤδη βασιλῆα, πολλῶν τ' Ἄστεα λαῶν.* Certe nihil est, cur in his Catullus a Graeca poetria discessisse existimetur. Ceterum *τολματὸν*, quod in Paris. cum antecedente vocabulo coaluit, vertimus *audendum*, quamquam ab altero adiectivo verbali *τολματέον* aliquantum differt, quia, si quid intelligimus tale esse, quod possit auderi, urgentibus temporibus audendum etiam decernimus. Proprie enim *πᾶν τολματὸν*

est: *nihil a nobis auderi non potest.* Revera igitur Sappho pariter ac Latinus poeta dicit agendum, ut quis talis puellae benevolentia et familiaritate potiatur, neque vero animum obfirmaturam se ait, quia pauperes ubique spernantur. Quae Welckeri est interpretatio p. 67. Similiter vocabulum *τολματὸν* accipit Pearcius, de natura affectus longissime sane a Welckero discrepans: *Videtur Sappho in sequentibus velle se consolari, aut potius fortem animum contra feminae illius amatae iniurias gerere.* Sed longe aliam sententiam strophae nostrae subesse censet Hermannus, qui in dissert. de pronomine *αὐτὸς* in Beckii Actis Semin. Reg. Vol. I. p. 71. *ὑπ' αὐτὸ* negat a Longino scriptum esse, et in Elem. doctr. metr. eius orationem demum a vocabulo *τὴν ψυχὴν* incipiens, priorem lineam in numeros Sapphicos sic redigit: *ἐπεὶ χλιαίνῃ Πᾶσ', ὃ θαυμάζοις ἂν ἴσως, ὑπ' αὐτῶ.* Est quidem *θαυμάζοις* in codd.; a Longino profectum sit an a librariis, nunc nihil attinet quaerere, saltem indicativus est restitutus lenissima mutatione. Interrogatio autem haec, *οὐ θαυμάζεις*, aeque est apta Longino, ac parenthesis, *ὃ θαυμάζοις ἂν ἴσως*, apud poetriam incommoda. Pronomen *ὑπ' αὐτῶ* ad quem referatur, si recte initium carminis interpretati sumus, quaerendum erit; in Longini oratione *ὑπ' αὐτὸ* est *per eum locum.* Neque ineptum ita est pronomen minus finitum *αὐτὸ*, neque particula *ὑπὸ* vitiosa, sensa enim verbis subiecta sunt, *ὑπόκεινται.* Cum accusativo autem ea construitur, quia non unius vis vocabuli, sed sententia notatur per totius carminis decursum expressa, sicut etiam acies ad radices montis, ad muros porrecta *ὑπὸ τὸ ὄρος, ὑπὸ τὰ τείχη, sub montem, sub muros*, instrui dicitur.

III.

Eustathius in Iliad. *θ.* p. 621. Bas. *Ἰστέον ὅτι ἐν τῷ φαεινὴν ἀμφὶ σελήνην οὐ τὴν πλησιφαῆ νοητέον καὶ πληροσέληνον· ἐν αὐτῇ γὰρ ἀμαυρά εἰσι τὰ ἄστρα ὡς ὑπεραυγαζόμενα, καθὰ καὶ ἡ Σαπφώ πού φησιν· Ἀστέρες μὲν ἀμφὶ καλὰν σελάναν ἂψ ἀποκρύπτουσι φαεινὸν εἶδος, ὁπότ' ἂν πλήθοισα μάλιστα λάμπῃ γᾶν.*

Metrum Sapphicum, iam a Fulv. Ursino agnitum, duplicata secundum morem Aeolensibus imprimis frequentem littera *π* in *ὁπότ' ἂν* sine ulla offensione procedit. Sed in fine stropham detrimentum accepisse, non tantum metri ratio, sed etiam sermonis lex arguit, quae simplici verbo *λάμπειν* non patitur eius rei, quae luminis alicuius splendore perfunditur, accusativum adiungi. Quum intransitive sit *lucere*, non *illustrare* active, praepositione opus est. Licebat autem integram locutionem, quae et verborum constructionem et Adonii versus mensuram compleret, ex Homero adsciscere, apud quem Iliad. *θ.* 1. *ω.* 695. *Ἠὼς κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν*, nisi vocabuli *γᾶν* forma Dorica et Aeolica, ab Eustathio servata, hoc ipsum apud Sapphonem repertum ostenderet. Quod vero Aristides Panathen. p. 105. insolito verborum ordine scripsit *γῆν ἔπι πᾶσαν*, vix fuisset facturus, nisi hanc formulam ex poetarum lectione recordatus esset. Qui quum brevi ante intervallo p. 96. insulas Atticae adiacentes similitudine nequaquam ita frequenti cum stellis comparaverit lunam cingentibus, *ποιητὴς ἂν εἴποι τις*, ut addit: non plane improbabilis fuerit coniectura, si quis utrumque e nostro loco sumptum opinetur. Itaque tota stropha, dialecti aequalitate revocata, talis est:

Ἀστέρες μὲν ἀμφὶ καλὰν σελάναν
ἂψ ἀποκρύπτοισι φαεννὸν εἶδος,

ὁππότ' ἂν πλήθοισα μάλιστα λάμπῃ
γᾶν [ἔπι πᾶσαν.]

Stellae quidem circa pulchram lunam abscondunt rursus lucidam faciem, quum plena maxime fulget totam per terram. Ἀποκρύπτουσι et φαεννὸν dedit Scaliger ad Manilium p. 66; idem ὀππόκαν, de quo ad I, 5. dictum est. Minus recte autem Blomfieldus ἀποκρύπτοντι scripsit, quod Doricum est, non Aeolicum, nisi forte ex inscriptionibus alia docebimur. Certe in Alcaei fragm. XXIV. Blomf. metrum poscit νεύοισιν, non νεύοντι: pariter Sappho ῥόμβεισι II, 12. Alcaeus χάλαισι et δίψαισι, de quibus mentio facta est ad II, 5. Neuter usquam aut horum verborum aut eorum, quae in μι exeunt, personam tertiam pluralem litteris ντι terminat, ut Pindarus sane praeter λέγοντι et ἀπατῶντι etiam ἐντὶ et φαντὶ habet: aliter Sappho VIII. XXX. et Alcaeus XXII. haec quoque flexerunt. Loci Sapphonis meminit Iulianus, cuius e verbis tamen fragm. CVI. enotatis, non sequitur, ipsis his versibus lunam ἀργυρέαν dictam fuisse, ut putabat Blomfieldus, qui iccirco strophan verbis ἀργυρέα γᾶν claudi volebat. Ex verbo autem praesentis temporis ἀποκρύπτουσι et subsequente particula ὁππότ' ἂν apparet, non describi rem lucente luna actam, sed voculis μὲν et δὲ inter se relatis vim subesse comparationis, ita ut in altero membro vir vel puella aeque diceretur praeter comitum turbam excellere. Ut Horatius, collatus a Fulv. Ursino, Carm. I, 12, 46. *Micat inter omnes Iulium sidus, velut inter ignes Luna minores.* Quod vero insolentiorem diximus hanc similitudinem, producit quidem comparationis gratia Homerus stellas lunam cingentes Il. ϑ. 555, Sirium stellis circumdatum Il. χ. 28, Vesperum vel Luciferum cum ceteris sideribus Il. χ. 317. ac Pindarus Isthm. 3, 42, nec tamen ita, ut illorum splendore ceterarum stellarum lumina obscurari significent. Uti sane recentiores faciunt, de quibus vide Boissonadium ad Nicet. Eugen. VI, 416.

IV.

Hermogenes de formis orationis II. c. 4. p. 400. Τὰς μὲν οὐκ αἰσχρὰς ἡδονὰς ἔστιν ἁπλῶς ἐκφράζειν, οἷον κάλλος χωρίου, καὶ φυτείας διαφόρους, καὶ ῥευμάτων ποικιλίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ταῦτα γὰρ καὶ τῇ ὄψει προσβάλλει ἡδονὴν ὁρώμενα, καὶ τῇ ἀκοῇ, ὅτε ἐξαγγέλλοι τις. Ὥσπερ ἡ Σαπφώ· Ἀμφὶ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν κελαδεῖ δι' ὄσδων μηλίνων· καὶ αἰθυσσομένων δὲ φύλλων κῶμα καταῤῥεῖ.

Ut haec sunt ex libris divulgata, duo Sapphonis frustula Hermogenes videtur exponere: idque non displicuit Ursino et Stephano. Neque insecutis Criticis persuaserunt omnibus Scaliger ad Tibullum p. 113. Barthius Advers. p. 2552. et I. Douza in Tollii ad Longin. annot. p. 77, ut inducta particula καὶ Sapphonis fragmenta continuarent: obtemperavit tamen Blomfieldus. Est autem illa emendatio verisimillima, siquidem altero membro manca nimis amoenitatis enunciatio continetur, et dictiones ipsae, κελαδεῖ δι' ὄσδων et φύλλων αἰθυσσομένων, tam apte cohaerent, ut divelli eas aegre patiaris. Itaque ut solent poetae rivulis et fontibus loca amoena exornare, sic his in versibus, pariter atque apud Propertium IV, 4, 4, istarum murmuribus aquarum frondes vento concussas obstrepere putes, modo ipsae aquae recte dicantur κελαδεῖν δι' ὄσδων. Quam formulam etiamsi concedamus hoc significare, praeter-

fluentis aquae strepitum per ramos ad nescio quem pervenire: at is sub arbore recubans meridiatur, nec potest rivi sonitum per ramos exaudire, nisi si forte ille ex alto demittatur. Quod si censeas fingi posse, inane prorsus erit ψυχρὸν adiectivum, quoniam eius aurae, quam aqua emittit interiectis frondibus seclusa, grato frigore non ille recreabitur. Verum omnino non aliter ὕδωρ κελαδεῖ δι' ὄσδων, nisi ut ipsas frondes irriget: pluvia autem, omnibus laudatior, si tepida sit quam si frigida, homini sub arbore somnum capienti minus suavis acciderit. Non aqua frigida iucunda est per ramos strepens, sed aura frigida. Itaque ὕδωρ non scriptum est a poetria, sive vocabulum venti expulit, sive vacuam sedem occupavit. Sicuti vero verbis ὄζειν et ἀπόζειν personalibus odoris significatio adiectivi neutrius singularis accusativo expressa addi potest, ita eadem, quando rerum, quibus odores efflantur, positus est genitivus, adiectivi assumunt nominativum; ut in his factum est, τῆς γῆς ὡς γλυκὺ ὄζει, ἀπόζει τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης θεσπέσιον ὡς ἡδύ. Confer Dobrei annot. ad Aristoph. Plut. 1021. *Bb.* p. 187. ed. Lips. Adde Hesiod. Sc. H. 7. Τῆς καὶ ἀπὸ κρῆθεν βλεφάρων τ' ἀπὸ κυανεάων Τοῖον ἄηθ', οἷόν τε πολυχρύσου Ἀφροδίτης. Aristoph. Ran. 341. Ὡς ἡδύ μοι προσέπνευσε χοιρείων κρεῶν. Lucian. Hermot. T. I. p. 776. Τοῖς ἀνδράσι τοιοῦτό τι ἀποπνεῖν τοῦ στόματος. Herod. IV, 23. Ἀποῤῥέει ἀπ' αὐτοῦ παχὺ καὶ μέλαν. Similiter ista enunciant Germani. Secundum haec Sappho scribere poterat ψυχρὸν κελαδεῖ, id est, ψυχρός ἐστι κέλαδος, quod mirum foret, ni librarius aliquis suppleto ὕδωρ interpretari voluisset. Itaque non agitur nunc de rivo, sed eodem vento frigido, quo rami perstrepunt, frondes concussae cogitantur. Glossemate isto eiecto, obvii sunt numeri Sapphici, quos persanaturus Scaliger ὕδωρ ante ἀμφὶ transposuit, Blomfieldus inter ὕδωρ et ψυχρὸν lacunam statuit. Quod reliquum est, δι' ὄσδων μαλίνων dederunt Stephanus, Ursinus, Scaliger: et μαλίνων quidem confirmat cod. Caio-Gonvilensis ap. Blomfieldum, et Scholiastae Hermogenis cod. Paris. 1983. ap. Bastium ad Gregor. p. 585, quorum posterior simul lenem spiritum vocabuli ὄσδων offert. Iam ita scribenda erunt omnia:

Ἀμφὶ δὲ ψυχρὸν κελαδεῖ δι' ὄσδων
μαλίνων, αἰθυσσομένων δὲ φύλλων
κῶμα καταῤῥεῖ.

Circum autem frigida aura strepit per ramos mali, concussisque frondibus sopor defluit.

V.

Athenaeus XI. p. 463. e. aliorum poetarum versibus, in quibus Veneris gaudia cum vini potione coniunguntur, haec adiicit: Καὶ κατὰ τὴν καλὴν οὖν Σαπφὼ· Ἐλθέ, Κύπρι, χρυσείαισιν ἐν κυλίκεσσιν ἁβροῖς συμμεμιγμένον θαλίαισι νέκταρ οἰνοχοοῦσα τούτοισι τοῖς ἑταίροις ἐμοῖς γε καὶ σοῖς.

Exhibuerunt haec praeter ceteros Brunckius Anall. T. I. p. 56. et A. Schneiderus select. carm. p. 49. Hendecasyllabos Sapphicos restituerunt Grotefendus in Schweighaeuseri annot. et Volgerus. In principio igitur corrigunt χρυσέαισιν: inscriptio Cymaea in II, 15. laudata dubitationem iniicit, an verius sit χρυσίαισιν, ut illa habet χρύσιος, χάλκιος, μαρμάριος, lin. 8. 33. 35. 36. et ipsa Sappho fragm. XXI. πορφυρίαν, quamquam alibi apud eam scribitur

χρύσεος. Confer quae annotavimus fragm. XXXIV. Adde φλόγιος fragm. XLVIII. Sub finem omisso τούτοισι, Grotefendus τοῖς ἑταίροις πᾶσιν, Volgerus τοῖς ἑταίροις τοῖσιν, Blomfieldus τοῖςδ' ἑταίροις τοῖσιν; rectius fuerit τοῖς ἑταίροις τοισίδ': in altero enim articuli positu parum apte amici, qui sint, tamquam novo additamento finiuntur, quasi vertas: amicis, dico autem meos tuosque. Recte deinde Blomfieldus e Schweighaeuseri coniectura ἐμοῖς τε. Participium e sua doctrina Schneiderus et Volgerus exire volunt in ενσα, Blomfieldus in οισα: aeque lenis est mutatio a nobis supra commendata. Unde nos sic totum locum emendandum putamus:

Ἔλθε, Κύπρι,
χρυσέαισιν ἐν κυλίκεσσιν ἁβροῖς
συμμεμιγμένον θαλίαισι νέκταρ
οἰνοχόεισα
τοῖς ἑταίροις τοισίδ' ἐμοῖς τε καὶ σοῖς.

Ades, Venus, aureis in calicibus nectar ministrans suavi mixtum voluptate amicis hisce meis simul tuisque. In locutione νέκταρ οἰνοχοεῖν, sumpta illa ex Homero, noli intelligere vinum, sed verum potum deorum, quem ex sua penu Venus promere iubetur, simul cum calicibus aureis, vix in Sapphonis supellectile repertis. Neque θαλίαι sunt flores, aut circumdati poculis aut iniecti, neque coronae convivarum capitibus impositae: sed ut apud Pindarum et Tragicos homo κέκραται ὥρᾳ, ἀρετῇ, συγκέκραται οἴκτῳ, δύῃ, ἐμίχθη vel προσεμίχθη κράτει, εὐθαλεῖ τύχῃ, σὺν κακοῖς, ἐν τιμαῖς, et rursus homini ἄλγη συγκέκραται, πότμος ἐμίχθη, ita apud Sapphonem nectar est θαλίαισι συμμεμιγμένον, id est coniunctum et quasi consociatum. Locos indicant Musgravius ad Sophocl. Antig. 1311. et Schwenkius ad Aeschyli Choeph. 707. Ἁβροῖς noluimus cum Blomfieldo ad flexionem femininam redigere in tanta adiectivorum communium per omnes dialectos libertate. In fine Schweighaeuseri cod. A. καὶ σοί.

VI.

Strabo I. p. 40. inter se conferens Homerica, Φοινίκην καὶ Σιδονίους, Ἴδην καὶ Γάργαρον, Εὔβοιαν, Χαλκίδα τ' Εἰρέτριάν τε, Odyss. δ. 83. Iliad. θ. 47. β. 536. addit: Καὶ Σαπφώ·

Ἥ σε Κύπρος ἢ Πάφος ἢ Πάνορμος.

Sive te Cyprus seu Paphus seu Panormus. Similia sunt, quae idem componit lib. VIII. p. 340. extr., ex eoque Eustathius in Iliad. β. p. 231. Bas., Hipponactis, Κυπρίων βέκος καὶ Ἀμαθουσίων πυρὸν: Alcmanis, Κύπρον ἱμερτὰν λιποῖσα καὶ Πάφον περιῤῥύταν: Aeschyli, Κύπρου Πάφου τ' ἔχουσα πάντα κλῆρον. Adde Aristophanem Lysistr. 833. Ὦ πότνια, Κύπρου καὶ Κυθήρων καὶ Πάφου μεδέουσα. Panormi nomen tam frequens est, ut non facile, cuius regionis oppidum indicetur, diiudicari possit, praesertim quum Venus omnino in portubus culta fuerit.

VII.

Apollonius de Pronom. p. 104. Σοί, Ἀττικῶς, Ἴωνες. Αἰολεῖς ὁμοίως· Σοὶ δ' ἐγὼ λευκᾶς ἐπιδώμον αἰγός, Σαπφώ. καὶ τὸ κατὰ ἀπόλυτον διὰ τοῦ τ· Κἀπιλείψω τοι.

Postrema sic primus Bekkerus prodidit, nam in Is. Vossii Excerptis p. 426. scriptum erat *κ' ἀπολείψω*, omisso pronomine *τοι*, quapropter Reitzius legi voluerat *τ' ἀπολείψω*, ut aliquo modo exemplum regulae accommodaretur. Ut nunc ad fidem codicis emendata sunt, et metri Sapphici speciem prae se ferunt, et verbum tale exhibent, quod cum alterius versus actione congruat, qui utcunque corruptus est, rei sacrae notationem retinet in albae caprae vocabulo. Quoniam igitur auctoris nomen nullum adscribitur, proximus versus Sapphonis erat, et Aeolicas imprimis formas huius dativi Apollonius exponit, non dubitavimus haec verba superioribus Sapphonis adiungere. Est sane praeceptum de pronomine enclitico *τοι* Ionibus commune: ex his vero singulos locos annotare, utpote in re vulgari, Grammaticus supervacuum duxit, nec nisi quosdam non recte regulae suae contrarios visum iri docet. Verum in priore versu ex corrupto *επιδωμον* Reitzius exsculpit *ἐπὶ δῶμα*, vel *ἐπὶ δῶμον*, quod Aeolicum esse vult pro *δήμῳ*, *ἄξω* vel simile verbum secutum esse opinatus; Volgerus *ἐπίδαμον* scripsit, quasi *μῦθον λέξω*, albam enim hanc capram Amaltheam dici intelligit; Bekkerus dedit *ἐπὶ βῶμον*, idemque, ut hoc addamus, paullo ante *ἔγων*. In genitivo haerentes, Reitzius et Blomfieldus *λευκὰς αἴγας*. At neque sunt albarum greges capellarum, et si fatearis *λευκὰς* dici, quia diis voveantur, non plures simul hostias modicae fortunae femina immolaverit. Verumtamen unde genitivus aptus sit, nomen aegre comminiscaris; nam si forte extorum nomen additum fuisse putes, nimium quantum sacrificii dignitas extenuatur: immo tota hostia erat nuncupanda. At verbum exstat huius constructionis, cui spondendi notio subest, *περιδίδοσθαι*. Quo hoc significari, si quis se alteri cuiuslibet rei sponsione obliget, patet e locis Homeri Odyss. *ψ*. 78. *ἐγὼν ἐμέθεν περιδώσομαι αὐτῆς*, Aristophanis Equit. 801. *ἐθέλω τῷ δήμῳ περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι*, Acharn. 781. *περίδου νῦν μοι περὶ θυμιτῶν ἀλῶν*: mutuae vero sponsionis in ambiguum eventum inter duos factae cogitatio Iliad. *ψ*. 485. *ἦ τρίποδος περιδώμεθον ἠὲ λέβητος*, ex solo numero hominum exsistit, non e verbi ipsius potestate. Illius verbi futurum *περιδώσομ'* non ita dissimile est codicis scripturae *επιδωμον*, quum voculas *ἐπὶ* et *περὶ* frequenter confusas Bastius Comment. palaeogr. p. 783. Schaeferusque ibidem docuerint. Sed forsan ipsum *ἐπιδίδοσθαι* servari potest, quod quum proprie sit *se alicui tradere*, quando quis non totum se, sed aliquid de suis alteri addicit, genitivum rei, in altero verbo legitimum, et ipsum admittere videtur. Confer Matthiaei gr. Gr. §. 338. Sic prioris versus constructione absoluta, proxime subiungi poterant reliqua, quae Sapphoni vindicavimus, talem in modum:

Σοὶ δ' ἐγὼ λευκᾶς ἐπιδώσομ' αἰγὸς,
κἀπιλείψω τοι [μελιαδέ' οἶνον.]

Tibi vero persolvam ego albam capellam, et libabo tibi .... Verba *κἀπιλείψω τοι* Sapphonis esse decernit etiam Bastius Epist. crit. p. 147.

VIII.

Scholiasta Pindari Pyth. 1, 10. *Ἡ δὲ Σαπφὼ ἐπὶ τοῦ ἐναντίου*, quam apud Pindarum aquila Iovis, musicis sonis delectata, alas relaxat, *ἐπὶ τῶν περιστερῶν· Ταῖσι ψυχρὸς μὲν ἐγένετο θυμὸς, πὰρ δ' ἰεῖσι τὰ πτερά.*

Pro *ἐγένετο* Blomfieldus et Boeckhius metri caussa *ἔγεντο*, quam formam post Hesiodum Theog. 283. 705. frequentant Theognis, Pindarus, Theocritus, alii. In initio Blomfieldus *ταὶσί τις*, Boeckhius *ἀλλὰ ταῖς*, nobis tutissima videtur haec scriptura:

Ταῖσι [δὲ] ψυχρὸς μὲν ἔγεντο θυμὸς,
πὰρ δ' ἰεῖσι τὰ πτερά.

Illis gelidus erat animus, et remittunt alas. Ψυχρὸς ob timorem. Ut Aeschylus Prometh. 693. *Οὐπώποτ' ἠΰχουν ὧδε δυσθέατα καὶ δύσοιστα πήματα, λύματα, δείματ' ἀμφήκει κέντρῳ ψύχειν ψυχὰν ἐμάν.* Volgerus interpretatur *languidum prae somno.* Apud Ursinum *ἰεῖσι* leni spiritu notatur.

IX.

Herodianus *περὶ μονήρους λέξεως* p. 7. postquam monuit, nomina trisyllaba in *ἀνὸς* praecedente consona exeuntia nunquam primam natura longam habere, ita pergit: *Σημειῶδες ἄρα τὸ οὐρανὸς, ὅτι ἤρξαιο ἀπὸ φύσει μακρᾶς. Ἀλκαῖος δὲ εἰς ω̄ ἀποφαίνεται τὸ ὄνομα, καὶ ὠρανὸς λέγων κατὰ τροπὴν τῆς οῡ διφθόγγου εἰς τὸ ω̄, καὶ ἄνευ τοῦ ῡ̄ ὀρανὸς, ὥστε τὸ ἐπιζητούμενον παρ' αὐτῷ λελύσθαι. καὶ Σαπφώ· Ψαύειν δὲ οὐ δοκεῖ μοι ὠρανῶ δυσπαχέα.*

Usitatum est loquendi genus, *τοῦ οὐρανοῦ τῇ κεφαλῇ ψαύειν δοκεῖ*, cuius exempla congessit Boissonadius ad Aristaen. I, 11. extr., de summa felicitate. Huic potest sane negativa particula inseri cum acerba irrisione eius, qui inter deos versari sibi ipse videtur, quia boni alicuius compos factus est, quod alter se illi negat invidere. At incommodo loco positum esset hoc *οὐ δοκεῖ* inter *ψαύειν* antegressum et subsequens nomen *ὠρανῶ*, quasi negatione solus infinitivus potius quam universa locutio afficeretur: quare nunc quidem *οὐ* voculam adulterinam censemus. Deinde sicut *ἄμετρα* et *ἀνάριθμα* dicuntur, quae mensurae vel numero non sunt subiecta, ita locus, cuius ambitus vulgari mensura, *πήχει*, aegre subigi potest, appellabitur *δύσπηχυς*: hanc enim terminationem prae altera *ης̄* commendat eorum collatio adiectivorum, quae ex eodem nomine et vocabulo numerali componuntur, quapropter in accusativo nostro accentus in antepenultimam est retrahendus. Sed *ὠρανὸς δύσπαχυς* quum esse possit infiniti ambitus caelum, hoc in versu ad verbum *ψαύειν δοκεῖ* aptius interpretabimur, quod immenso intervallo a terra distat, pari adiectivi potestate, atque Herodotus IX, 3. *αἶρεσιν δεκάμηνον* dicit decem ante mensibus factam. Postremo *δυσπάχεα* adiectivum eiusdem casus substantivum desiderat, quod variis quidem locis potest excidisse, placuit autem eum illi locum assignare, ex quo *οὐ* expulsum est. Iam habebimus talem fragmenti formam:

Ψαύειν δὲ [πόλον] δοκεῖ μοι
ὠρανῶ δυσπάχεα.

Ac tangere mihi videtur polum caeli immensum.

X.

Aristoteles Rhetor. II, 23. inter varia ratiocinandi genera hoc quoque numerat, si quis ad iudicium eorum provocet, a quibus dissentire nefas sit: *Ὥσπερ Σαπφὼ, ὅτι τὸ ἀποθνήσκειν κακόν· οἱ θεοὶ γὰρ οὕτω κεκρίκασιν· ἀπέθνησκον γὰρ ἄν.*

Voculam ἄν omittit Ursinus p. 19. Adde Gregorium Comment. ad Hermogenem p. 896. *Οἷόν φησιν ἡ Σαπφὼ, ὅτι τὸ ἀποθνήσκειν κακόν· οἱ θεοὶ γὰρ τοῦτο κεκρίκασιν. ἀπέθνησκον γὰρ ἄν, εἴπερ ἦν καλὸν τὸ ἀποθνήσκειν.* Qui quod offert τοῦτο pro οὕτω, alterius quoque versus initio hendecasyllabi Sapphici numeros reddit, plane manifestos in versu priore. Huius igitur metri ad legem sic reliqua videntur corrigenda:

[*Ἀλλ'*] *ἀποθνάσκειν κακόν· οἱ θεοὶ γὰρ*
τοῦτο κεκρίκασιν, ἔθνασκον ἂν γάρ.

Mori malum est; dii enim hoc iudicarunt; alioqui morerentur. Nam neque γὰρ voculae ἄν postpositum, neque simplex verbum composito relatum ullam offensionem habet: neque enim Graeci in tali notionis eiusdem repetitione soni aequalitatem curant. Confer Sophoclis Aiac. 475. Oed. R. 54. Antig. 596. 1067. 1291. Nisi forte haec, *ἀπέθνησκον γὰρ ἄν*, Aristotelis sunt, argumentationis seriem exponentis.

XI.

Etym. M. p. 335, 37. originem verbi ἐμπάζομαι explicans: *Ἀπὸ τοῦ ἐμπάσσειν· τὰς γὰρ βουλὰς δοκοῦμεν ὡς πάσσειν τῇ διανοίᾳ. ἐμπάσσω, καὶ Αἰολικῶς ἐμπάζω· τὰ γὰρ δύο σσ εἰς ζ τρέπουσιν Αἰολεῖς, τὸ γὰρ ἐπιπλήσσω, ἐπιπλάζω. Σαπφώ, Τὸν δ' ἐπιπλάζοντα ἄνεμοι φέροιεν.* Herodianus autem *περὶ μονήρους λέξεως* p. 23, Aeolicam flexionem excipiens a regula, qua ceterorum verborum in άζω cadentium ᾰ corripi docetur, haec scribit: *Τὸ δὲ αὐτὸ ἐπὶ τοῦ πλάζω· Τὸν δὲ ἐπιπλάζοντες ἂν ἐμοὶ φέροιεν καὶ μελεδῶναι, ἀντὶ τοῦ ἐπιπλήσσοντες.* Revocavit *ἐπιπλάζοντ' ἄνεμοι* G. Dindorfius in praefatione. Aeolica *πλάζω* et *ἐπιπλάζω* pro *πλήσσω* et *ἐπιπλήσσω* tangunt etiam Draco p. 21. 84. Reg. prosod. 94. ap. Herm. Etym. M. p. 737, 34. Gregor. Cor. Aeol. §. 33. Verum si quaeris, qui sit *ὁ ἐπιπλάζων* ille, crebro quidem homines, aegritudine animi oppressi, ventis se abreptos optant, ut Helena Iliad. ζ. 346. Penelope Odyss. υ. 63. Chorus Sophocl. Trach. 953. Creusa Eurip. Ione 795. Chorus Eurip. Hipp. 730; interdum etiam, qui celeriter in alium locum transferri volunt, ventorum opem implorant, ut Medea Apollon. Rhod. III, 1113. Eiusdem formulae potest sane usus fuisse in aliis abominandis. Sed cum insequentibus aptius haec coeunt, si *λόγον*, non *ἄνδρα*, cogitamus. Ut Euryalus Odyss. ϑ. 408. *Ἔπος εἴπερ τι βέβακται Δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι ἄελλαι.* Et Telamon ap. Apollon. Rhod. I, 1333. *Πέρι μ' ἄχος ἦκεν ἐνισπεῖν Μῦθον ὑπερφίαλόν τε καὶ ἄσχετον· ἀλλ' ἀνέμοισιν Δώομεν ἀμπλακίην, ὡς καὶ πάρος εὐμενέοντες.* Adiicit Herodianus verba *καὶ μελεδῶναι*, quae quoniam stropham claudunt, non est probabile novum membrum orationis incepisse; neque facile, si ita esset, Grammaticus ea fuisset additurus. Sed cum antegressis nominativus connecti nullo modo potest. Nam curae nec hominem auferunt nec verbum, ipsae auferendae ventis mandari solent. Itaque reposito accusativo Aeolico scribimus:

Τὸν δ' ἐπιπλάζοντ' ἄνεμοι φέροιεν
καὶ μελεδώναις.

At obiurgantem venti auferant atque curas.

XII.

Ammonius de diff. vocab. p. 23. *Ἄρτι καὶ ἀρτίως διαφέρει· ἄρτι μὲν γάρ ἐστι χρονικὸν ἐπίῤῥημα, τὸ δ' ἀρτίως ἐπὶ τοῦ ἀπηρτισμένου ἔργου τελείως. ὥστε ἁμαρτάνει Σαπφὼ, λέγουσα·*

Ἀρτίως μὲν [ἀ] χρυσοπέδιλος Αὔως,

ἀντὶ χρονικοῦ ἐπιῤῥήματος.

Modo aureis soleis Aurora. *Αὔως*, in antiquis exemplis quibusdam in duo vocabula *αὖ, ὡς* discerptum, revocavit post Scaligerum et Vulcanium Valckenarius, qui eam scripturam iam a Frellonio in ordinem repositam monet. Veram scripturam Ursinus quoque habet. Praeterea versum praegravem syllaba levaturus Blomfieldus *μὲν* seclusit: nos libentius articulum omittimus. Ad hunc enim inserendum procliviores sunt librarii, illa vero particula locum tuetur, sive ortus solis pluribus exornatus erat, sive huic versui ipsi res eo tempore gesta subiungebatur: vide fragmm. LV. LVI. Ceterum cuius culpae Sappho ab Ammonio condemnatur, eius consortes habet probatissimos Atticos.

XIII.

Apollonius de Pronom. p. 127. *Ἡμᾶς· ἄμμε Αἰολεῖς· Ὀπτᾶς ἄμμε, Σαπφὼ πρώτῳ.*

Torres nos. In Is. Vossii Excerptis p. 431. mutilata haec et cum antecedente articulo confusa ita legebantur: *Ἀμε Δωριεῖς. αὖ αρ οπτας αμμε. Σαπφὼ α'.* Codicis lectio iam a Koenio prodita est ad Gregor. p. 238.

XIV.

Hephaestio p. 42. *Τῶν Αἰολικῶν ἀκαταλήκτων τὸ μὲν πεντάμετρον καλεῖται Σαπφικὸν τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον, ᾧ τὸ δεύτερον Σαπφοῦς ὅλον γέγραπται·*

Ἠράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν, Ἄτθι, πάλαι πότα.

Amabam quidem te ego, Atthi, aliquando. Pro *Ἄτθι* edd. Iunt. Turneb. et codd. B. H. N. *ἄτε*, simul cum Plotio p. 2636, qui versum ex Hephaestione excerpsit: sed cod. Nannianus *ἄτοι*, codd. C. M. *ἀτῖ*, ex quo puellae nomen elicuerunt Bentleius et Tyrwhittus, probantibus Gaisfordo, Blomfieldo, Hermanno Elem. doctr. metr. p. 363. Quam emendationem etiam Laur. Santenius invenit ad Catullum 68, 18. et ad Terent. Maur. c. 4. vs. 2154, eamque ipsius Terentiani auctoritate confirmat, qui hoc metro usam Sapphonem testatur, *Cordi quando fuisse sibi canit Atthida Parvam, florea virginitas sua quum foret*, p. 2431. Versus Latinos Marius Victorinus p. 2559, et ipse Santenio memoratus, quum metri Aeolici exemplum circumspiceret, hunc in modum contraxit: *Cordi laurea virginitas mihi quum foret.* Ex interpretatione Terentiani alterum versum talem fere fuisse coniicias: *Ὅτα παρθενία μοι ἔτ' ἀνθεμόεσσ' ἐπῆν.* In fine libri Hephaestionis et Plotius *πόκα*: correxit Blomfieldus.

XV.

Athenaeus XI. p. 460. d. de vocabuli *ποτήριον* vetustate disserens: *Καὶ Σαπφὼ δ' ἐν τῷ δευτέρῳ ἐφη· Πολλὰ δ' ἀνάριθμα ποτήρια καλαίφις.*

Solent poetae adiectiva, quibus magnitudinis vel multitudinis admiratio proditur, substantivis suis postposita, nulla copula intercedente cumulare: qualis est formula Homerica *ἔγχος βριθὺ, μέγα, στιβαρόν*, et hoc, *ἐν δ' ἄνθρωποι πολλοί, ἀπειρέσιοι*, Odyss. τ. 174. Neque sequente substantivo copulae omissio vituperanda est, quando adiectiva non sunt nominis epitheta, sed enunciati praedicatum efficiunt: quapropter nostro loco non damnaverimus *πόλλ' ἀνάριθμα* coniuncta, si modo vocabulo *ποτήρια* enunciatum concludatur. Sed alio vocabulo, alia particula interiecta, ubique *καὶ* additur. Nemo dixit *πολλὰ γὰρ ἀνάριθμα, πολλὰ δ' ἀνάριθμα*, sed *πολλὰ δὲ καὶ ἀ.* Non adversatur Homerus Iliad. λ. 307. *πολλὸν δὲ τρόφι κῦμα κυλίνδεται*, nam epitheti *τρόφι* vel *τροφόεν* undae tributi vis obsolevit, pariter atque Odyss. η. 34. navium epitheta *θοῇσιν* et *ὠκείῃσιν* disiungi poterant propter perpetuum alterius usum, quare Sophocles quoque Aiac. 710. coniuncta nomini praeposuit. Eadem explicatio adhiberi potest Apollon. Rhod. IV, 1705. *πολλὰ δ' ἐς Ὀρτυγίην ἀπερείσια δῶρα κομίσσειν*. Itaque apud Sapphonem aut scribendum est *πόλλ' ἀνάριθμα* aut *πολλὰ δὲ καὶ ἀνάριθμα*. Alterutram harum emendationum etiam metrum flagitat, quod quale sit, Athenaeus demonstrat, dum e libro secundo locum depromptum dicit. In fine autem *καλαίφις* est in edd. Bas. et Ven., item in Schweighaeuseri cod. A., nisi quod dubium est, an in eo penultima circumflexo signetur; e cod. Farnes. *καλλαΐφις* annotat Ursinus, veterem lectionem, incertum cuius libri, *καλλεφης* esse scribit Casaubonus. Qui ipse dedit *καλὰ, ἔφη*, Fiorillo *κάλ' ἴφια*, Schweighaeuserus *καλὰ Ἴφις*, Dalechampius *Καλαίφης* tamquam proprium hominis nomen, verbum supplens *hausit*. Tali sane verbo indigemus, nec tamen est extrinsecus quaerendum. Ipsum enim *καλαίφης* vel *καλλαίφης* Aeolicum est pro vulgari *καταλάπτεις*. *λαιφάζω* ex Nicandri Ther. 477. profert Schneiderus in Lexico, quocum componere licet et *Λαιφάω* et *λαίφημι*. Duplicamus λ secundum cod. Farnes., cuius nisi succurreret auctoritas, non reiicienda esset altera scriptura, similis illa verbi *καβαίνω*, quod in Alcmanis fragm. XXXIV. Welck. legitur. Quoniam autem adiectiva ista epithetorum loco habenda sunt, non amplius optio datur, utram emendationem praeferas, sed necessarium fit hoc scribendi genus:

Πολλὰ δὲ καὶ ἀνάριθμα ποτήρια
καλλαίφης.

Multa vero et innumera pocula glutis.

XVI.

Dio Chrysostomus Orat. XXXVII. extr. *Μνάσασθαί τινα φάμη καὶ ἕτερον ἀμμέων· πάνυ γὰρ καλῶς εἶπεν ἡ Σαπφώ.*

Pro inepto *φάμη*, quod apud Morellum legitur, recte Casaubonus *φαμί*. Ed. Veneta *φημί*. Sed etiam verba *καὶ ἕτερον* iure offenderunt Volgerum: quis enim est ille, praeter quem alius quoque poetriae recordabitur? Si cogitas ipsam: at hoc absonum est dicere, esse praeter nosmet ipsos, qui nostri meminerint. Sin autem obtrectatoribus putatur respondere, nihil se illorum simultates curare, quia alii sint benevoli: at ita vagum nimis est verbum *μνάσασθαι*, neque convenit iis, quae proxime antegressa apud rhetorem linea de laude Aristeae nunquam interitura praedicantur. Meminimus autem praeteritorum, nostri igitur memi-

nerint insequenti tempore, *ὕστερον*, ut scripsisse poetriam probabiliter Volgerus coniecit. Neque vero propter futuri temporis significationem Blomfieldus debebat *μνάσεσθαι* rescribere, quum Graeci, quando verbo primario tempus futurum aperte indicatur, infinitivum praesentis et aoristi frequentent: de quo argumento sufficit ad Lobeckium provocasse, Parerg. ad Phrynich. c. 6. Itaque recte prorsus Volgerus:

Μνάσασθαί τινά φαμι καὶ ὕστερον ἀμμέων.

Recordaturum aliquem dico nostri etiam postero tempore.

XVII.

Apollonius de Pronom. p. 119. *Ὑμεῖς· Αἰολεῖς ὔμμες· Οὔτι μοι ὔμμες. Ἂς θέλετ᾽ ὔμμες, ἐν δευτέρῳ Σαπφώ.*

Quas vultis vos. In Excerptis Is. Vossii p. 429. haec erant: *Αἰολεῖς ὔμμες. οὔτι μοι ὔμμες ἃς θέλετε ὔμμε. δευτέρῳ Σαπφώ.* Prioris exempli sedes, a Bekkero monstrata, est Iliad. *α.* 335.

XVIII.

Antiatticista in Bekkeri Anecdd. Gr. p. 108. *Μύῤῥαν: τὴν σμύρναν. Σαπφὼ δευτέρῳ.* Confer Athenaeum XV. p. 688. c.

XIX.

Ioannes Stobaeus Florileg. IV, 12.

Σαπφοῦς, πρὸς ἀπαίδευτον γυναῖκα.

Κατθανοῖσα δὲ κείσεαι [πότα, κωὐ] μναμοσύνα σέθεν
ἔσσετ᾽ οὐδέποτ᾽ [εἰς] ὕστερον· οὐ γὰρ πεδέχεις ῥόδων
τῶν ἐκ Πιερίας· ἀλλ᾽ ἀφανὴς κὴν Ἀΐδα δόμοις
φοιτάσεις, πεδ᾽ ἀμαυρῶν νεκύων ἐκπεποταμένα.

Mortua vero iacebis aliquando, nec memoria tui unquam erit in posterum: non enim particeps es rosarum ex Pieria: sed obscura etiam per Ditis domos errabis, exiles inter umbras evolans. Receperunt Brunckius Anall. T. I. p. 57. et Append. Anacr. p. 137. et A. Schneiderus select. carm. p. 57. Cum Stobaei loco conferendi sunt Plutarchei, Praec. coniug. extr. *Ἡ Σαπφὼ διὰ τὴν ἐν τοῖς μέλεσι καλλιγραφίαν ἐφρόνει τηλικοῦτον, ὥστε γράψαι πρός τινα πλουσίαν· Κατθανοῦσα δὲ κείσεαι, οὐδέ τις μνημοσύνα σέθεν ἔσεται· οὐ γὰρ μετέχεις ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίης.* Et Symp. III. p. 646. *Ὅτι γε ταῖς Μούσαις ὁ τῶν ῥόδων στέφανος ἐπιπεφήμισται, μεμνῆσθαί μοι δοκῶ Σαπφοῦς λεγούσης πρός τινα τῶν ἁμούσων καὶ ἀμαθῶν γυναικῶν· Κατθανοῖσα δὲ κείσεαι, οὐ γὰρ μετέχεις ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίης.* Et hic Clementis Alexandrini Paedag. II. p. 181. *Ῥόδῳ τὰς Μούσας Σαπφὼ καταστέφει· Οὐ γὰρ μετέχεις ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας.* Huc spectat Aristides quoque de paraphthegm. p. 377. *Οἶμαι δέ σε καὶ Σαπφοῦς ἀκηκοέναι πρός τινας τῶν εὐδαιμόνων δοκουσῶν εἶναι γυναικῶν μεγαλαυχουμένης, καὶ λεγούσης, ὡς αὐτὴν αἱ Μοῦσαι τῷ ὄντι ὀλβίαν τε καὶ ζηλωτὴν ἐποίησαν, καὶ ὡς οὐδ᾽ ἀποθανούσης ἔσται λήθη.* Plenam inscriptionem,

si non a Stobaeo profectam, certe veram, obtulit cod. Voss. Solum nomen poetriae est in ed. Trincav. et in cod. A., in quo hi versus margini inferiori a manu recentiori adiecti sunt. Metrum qui primus detexit, H. Grotius, eius gratia pro codd. lectione *κείσεαι οὐδέποτε* et Trincavelliana *κεῖσθαι οὐδέποτε*, scripsit *κεῖ' οὐδ.*, quod probarunt Bentleius Epist. ad Hemsterh. p. 65. (Opusc. Ruhnk.) Blomfieldus, Gaisfordus. Verum praesenti tempore *κατθανοῖσα κεῖσαι* non potest compellari, nisi quae diem obiit: superstitem mulierem alloqui poetriam, docet praesens *πεδέχεις* et futurum *φοιτάσεις*. At ne ipsum quidem *κείσεαι*, cum participio *κατθανοῖσα* constructum, sententiam absolvit. Neque enim illud verbum solum contemptum indicat, ut liceat vertere: *Quando mortua eris, oblivione obruta iacebis;* neque iuncta haec, *iacebis mortua*, integram sententiam efficiunt, nisi accedat vocula *aliquando*, *πότα*. In altero autem orationis membro *οὐδέποτε* ridicule duplicatum est, quia *ὕστερον*, secundo loco additum, nihil facit ad vigorem dictionis augendum, sed necessario in prioribus his *οὐδέποτ' ἔσσεται*, quamquam non diserte enunciatum, intelligitur. Commodum est ad sensum Plutarchi *οὐδέ*, metro officit: nos *κοὐ* potius quam *καὶ* dedimus, partim quia Plutarchi voculae propius est, partim quia negativa in principio enunciati placet. *Κείσεαί ποτε καὶ* Volgerus cum Mitscherlichio ad Horat. Carm. I, 4, 17. Vs. 2. plene olim *ἔσσεται;* dein plerique *οὐδέ ποκ' ὕστερον*, H. Grotius *οὐδέποτ' εἰς ὕστερον*, quod repetit Blomfieldus: *οὐδέποκ' εἰς* Gaisfordus. Volgerus autem Mitscherlichii supplementum *οὐδέποκ' αὖ* praestare censet. Immo *εἰς ὕστερον*, *εἰς ὀπίσω*, *εἰσαεί*, *in posterum*, *in perpetuum*, durat hominis memoria, inepte negatur futuro tempore *rursus* suscitatum iri, quae nondum exolevit. Deinde pro Stobaei lectione *μετέχεις* Grotius sine libris *πεδέχεις;* concinunt codd. Plutarchi, qui simul cum Aldo Aeolicam formam Wyttenbachio suppeditarunt in Quaest. Symp., in Praec. coniug. edd. Ald. Bas. et codd. A. E. in affecta scriptura *παῖδ' ἔχεις* et cod. B. in lectione gravius corrupta *παῖδας ἔχεις* genuinae dialecti indicia praebent. *Πεδέχεις*, a Valckenario quoque ad Eurip. Phoen. 1034. commendatum, scribunt a Brunckio inde omnes. Tum Brunck. app. Anacr., Schneid., Blomf. *βρόδων*. In Plutarchi Praec. coniug. codd. A. E. *ῥόδον*. Deinde Stobaei cod. A. *κεἰν αἴδαο δόμοις φοιτάσεις*, cod. Voss. *κεἰν αἴδα δομοφοίτασις*. *Φοίτασις* Gesnerus quoque in ordine habet, in margine alterum ex coniectura posuit. Mox cum Salmasio et Scaligero ad Propert. p. 216. Grotius *πέδ' ἀμαυρῶν* pro vetere *παῖδ' ἀ.*, quod solum videtur movisse Gesnerum, ut pendenti verborum constructioni opem laturus, post verbum *φοιτάσεις* insereret haec, *οὐδεὶς δέ σε βλέψει*, et in fine *ἐκπεποταμένην* scriberet. Certe illa neque apud Trincavellum neque in codd. Grotii aut Gaisfordi reperta sunt, et nominativum participii in codd. A. Voss. legi testatur Gaisfordus. Brunckius app. Anacr. et Schneiderus *πέδαυρον* pro verbis *πεδ' ἀμαυρῶν*, tamquam Aeolicum pro vulgari *μετέωρον*. Ceterum Sappho, etiamsi ne verbum quidem de sui nominis immortalitate addidit, manifesto tamen his ipsis versibus suis studiis mulierem musica arte non eruditam opponit, ut, quae illi eam ob caussam abiudicat, sibi vindicare videatur. Recte igitur scriptores supra laudati sententiam horum versuum extulerunt, licet poetria diserte nonnisi de aemulae vita ingloria dixerit.

XX.

Ioannes Stobaeus Florileg. LXXI, 4. *Σαπφοῦς.*

Ἀλλ' ἐὼν φίλος ἀμῖν, λέχος ἄρνυσο νεώτερον,
οὐ γὰρ τλάσομ' ἐγὼ ξυνοικεῖν οὖσα γεραιτέρα.

Sed si amicus nobis es, torum quaere iuveniliorem, non enim ego sustinebo consuescere tecum, quae sim vetustior. Exhibent Brunckius Anall. T. I. p. 57. et Schneiderus p. 60, sed hi quidem aeque ac Blomfieldus diversam prorsus lectionem expresserunt, in qua revocanda Ursinus se profitetur codicem secutum esse. Scribunt vero *νεώτερος*, et altero versu *νέ' οὖσα γεραιτέρῳ*, Brunck. et Schneid. *νέ' εὖσα.* In Ursini sententiam Volgerus quoque inclinat. Codd. A. B. *νε' οὖσα*, ceterum antiquam lectionem tenent. Quam verbo ut malam repudiat Ursinus, fortasse quia aequius censebat, vetulas iuniorum amoribus cupide inhiare, quam oblatos ob ipsam iuventutem fastidiose aversari. At potuit Sappho, si quavis de caussa petenti iuveni nolebat obsequi, provectam aetatem suam non illepide praetendere. In Ursini lectione non tantum vitiosa est ᾱ vocalis elisio cum synizesi syllabarum ν̄ε ο͞ῡ coniuncta, ita ut totum hoc *νέα* inter pronunciandum evanescat, verum altero versu neque solo adiectivo *νεώτερος* ille iocose iunior fieri iubetur, quae Volgeri est explicatio, neque *λέχος* ita nude scribi poterat omisso pronomine. Nomen *Σαπφοῦς* versibus nostris praescribitur ap. Trincav. et in cod. A. Rogandi formula *ἐὼν φίλος ἀμῖν* respondet Latinae sermonis familiaris dictioni, *si me amas.* Dialecti metrique caussa nonnulla sunt refingenda. Aeoles *ἄμμιν*, non *ἀμῖν.* Pro *οὖσα* ob vicinitatem masculini *ἐὼν* placet *ἐοῖσα*, cui probabilitatem addit lectio ista *νε' οὖσα.* Pro *ἄρνυσο* dialecti ratio tolerat, metri norma poscit *ἄρνυσσο.* Codd. A. B. *ἄρνησον. Ξυνοικεῖν* vel *ξυνοικῆν* ut choriambum faceret, iure Volgerus diaeresin diphthongi notavit, qua de re dicimus in CXXI: prima syllaba producitur, sive propter vim digammi, sive ob naturam litterae ν̄. Brunck. et Schneid. *ἐγών.*

XXI.

Pollux X, 27, 124. *Ὅμηρος καὶ τὰ λεπτὰ ἱμάτια χλαίνας καλεῖ, οἱ μέντοι Ἀττικοὶ τὸ λεπτὸν χλανίδα, καὶ τὸ ἱππικὸν χλαμύδα, ὡς Θετταλῶν πρώτην δέ φασι χλαμύδα ὀνομάσαι Σαπφὼ ἐπὶ τοῦ Ἔρωτος εἰποῦσαν, Ἐλθόντ' ἐξ ὀρανῶ πορφυρέαν ἔχοντα προϊέμενον χλαμύν.*

Confert Hemsterhusius haec Ammonii de diff. vocab. p. 147. *Χλαμὺς καὶ χλαῖνα διαφέρει, καθὸ διὰ πολλῶν ἀπέδειξε Δίδυμος ἐν ὑπομνήματι δευτέρῳ Ἰλιάδος. ἡ μὲν χλαῖνα ἡρωϊκὸν φόρημα, χλαμὺς δὲ Μακεδονικὸν, μετὰ ἑξακόσια ἔτη τῶν ἡρωϊκῶν ὀνομασθεῖσα. Σαπφὼ πρώτη γὰρ μέμνηται τῆς χλαμύδος. διαφέρειν φησὶ καὶ τῷ σχήματι.* Ita emendate scribit, libri enim *Σαπφὼ, αὕτη γάρ.* In Sapphicis ante Hemsterhusium scribebatur *οὐρανοῦ*: ex codd. ille restituit *ὀρανῶ*, cuius loco Iungermannus *ὠρανῶ* praeoptavit. Deinde exempla edita antiqua *πορφυρὰν*, Kuhnius et Iungermannus ex codd. protulerunt *πορφυρίαν*, quod breviter tetigimus fragm. V, sed cum Hemsterhusio omnes *πορφυρέαν.* In reliquis nihil mutant Volgerus, et Huschkius ad Tibullum IV, 6, 13. Volitantem chlamydem interpretatur Volgerus, at ita feminina forma opus erat. Absurde iuncta participia offenderunt Scaligerum

ad Catull. p. 101, qui parum feliciter coniecit scribendum *πρωΐ ἔμενον*; assentitur Hemsterhusius, nisi quod *προΐ* tuetur ut Aeolicum. Propius vero idem divinabat *περιεμένον*: rectissime autem Bentleius Epist. ad Hemsterh. p. 65, expulso glossemate *ἔχοντα*, reponit *περῤῥέμενον*, Aeolice pronunciatum pro *περιειμένον*, secundum Hesychii glossam *περῤῥεθήκατο, περιεθήκατο*: adde *πέῤῥοχος* fragm. LXIX. Bentleium sequitur Blomfieldus. Postremo Hemsterhusius ex codd. *χλάμὺν* pro vetere *χλαμύδα*: non potuissent Aeoles accusativum littera *ν* finire, nisi accentum nominis retraxissent, uti scribunt Bentleius et Blomfieldus. Sapphonis igitur haec sunt:

Ἐλθόντ' ἐξ ὀρανῶ, πορφυρίαν περῤῥεμένον χλάμυν.

Venientem de caelo, purpurea amictum chlamyde. Sapphica, ut tunc erant depravata, excepta genuina scriptura *ὀρανῶ*, Is. Vossius apponit his Catulli 68, 134: *Cupido fulgebat crocina candidus in tunica*, p. 295. Iamque Scaliger apposuerat. Chlamydati Amores sunt etiam in Philostrati Sen. Imagg. I, 6.

XXII.

Argumentum Theocr. 28. *Γέγραπται Αἰολίδι διαλέκτῳ, παρὰ τὸ Σαπφικὸν ἑκκαιδεκασύλλαβον τὸ*

Ῥοδοπήχεες ἀγναὶ Χάριτες, δεῦτε, Διὸς κόραι.

Roseis ulnis fulgentes castae Gratiae, adeste, filiae Iovis. Blomf. *ῥοδοπάχεες*. Philostratus Epist. 73. *Ἡ Σαπφὼ ὁμοιοῖ τὸ ῥόδον καὶ τοῖς τῶν Χαρίτων πήχεσιν, ἐπειδὰν ἀποδύσῃ σφῶν τὰς ὠλένας.* Eustathius ad Odyss. *β.* init. *Ἡ Σαπφὼ τοὺς τῶν μυθικῶν Χαρίτων πήχεις γυμνοῦσα ῥόδοις εἰκάζει, ὡς εἶναι αὐτὰς ῥοδοπήχεις.*

XXIII.

Athenaeus I. p. 21. c. ubi veteribus curam scribit fuisse vestis decenter colligendae, inter aliorum scriptorum locos haec profert: *Σαπφὼ περὶ Ἀνδρομέδας σκώπτει· Τίς δ' ἀγριῶτις θέλγει νόον, οὐκ ἐπισταμένη τὰ βράκεα ἕλκειν ἐπὶ τῶν σφυρῶν;*

Ex Athenaeo sua derivavit Eustathius ad Odyss. *χ.* p. 770. Bas. *Τὸ ῥάκος βράκος φασὶν οἱ Αἰολεῖς. χρῆσις δὲ τοιαύτη παρὰ Σαπφοῖ ἐν τῷ Τίς δ' ἀγροιῶτις θέλγει νόον, οὐκ ἐπισταμένη τὰ βράκεα ἕλκειν ἐπὶ τῶν σφυρῶν;. ἤγουν ποία γυνὴ χωριτική, ἐζωσμένη ἀγροικικώτερον, ἐφέλκεται ἐραστήν;* Quae omnia etiam apud Philemonem Lex. Technol. p. 107. et Phavorinum leguntur, nisi quod uterque *ἀγριώτης* habet, quo argumento Philemoni vocabulum *ἀγρειῶτις* donatum est, et quod Philemon participium *ἐζωσμένη* male omittit. Verbis Eustathii Casaubonus usus est ad locum Athenaei corrigendum, qui in editt. Ven. et Bas. sic depravatus erat: *Τῆς δ' ἀγριότατον θέλγει νόον.* Quorum loco ille ad Theophr. Char. p. 138. scripsit: *Τίς δ' ἀγριῶτις θέλγει νόον*, qua cum lectione suos codd. consentire ait Schweighaeuserus; in ipsius Athenaei editione Casaubonus *τοι* ante *θέλγει* inseruit, postremo in annotatione dedit, *τίς ἀγροιῶτις τοι*, tamquam emendata ex membranis et Eustathio. Idem advocat Maximi Tyrii locum dissert. XXIV. *Κωμῳδεῖ Σωκράτης σχῆμά που καὶ κατάκλισιν σοφιστοῦ, καὶ Σαπφώ· Τίς δ' ἀγροιῶτιν ἐπεμμένα στολήν.* Ubi in aliis libris

videtur esse *ἀγριῶτιν*. Si quaeris, utra sit vera nominis scriptura, Pollux quidem IX, 2, 12. inter vocabula ab *ἀγρῷ* ducta memorat *ἀγριώτης* ut poeticum, de altero tacet: verum et apud Homerum *ἀγροιώτης* aliquoties legitur, nunquam *ἀγριώτης*, et Aristoph. Eccl. 64, ubi in codd. est *ἀγριώτας*, metrum unice postulat *ἀγροιώτας*, quod reposuit Brunckius. Itaque sive Polluci Comici locus obversatus est iam tum corruptus, sive ab ipso scriptum *ἀγροιώτης* vitiatum: quibus nobis quidem auctoritatibus uti licet, eae omnes, si a Sapphonis loco discesseris, *ἀγριώτης* Graecum non esse persuadent. Ceterum utriusque formae iusta explicatio apparet. Ab *ἀγρότης* et *ἀγρώτης* intelligimus *ἀγροώτης* et *ἀγροιώτης* flecti, *ἀγριώτης* ex adiectivo *ἄγριος* effictum fuerit. Ut autem poetriae fragmentum Athenaeus protulit, inde a verbo *οὐκ ἐπισταμένα* deprehenduntur numeri choriambici cum basi: in parte priore aliquid omissum esse, et metrum docet perturbatum, et sententia ita demum absoluta, si genitivus vel dativus suppleatur, ut Eustathius, Philemon, Phavorinus commode ad integritatem sententiae interpretantur, *ποία γυνὴ ἐφέλκεται ἐραστήν*. Cum his facit Casaubonus ad Theophrastum l. c. ita scribens: *Negat Sappho posse cuiquam placere Andromedam, quae rusticarum more vestem subductam gestet.* Quoniam tamen illi suo iudicio *ἐραστοῦ* nomen adiecerunt, liberum nobis est dissentire. Etsi igitur verbum *θέλγειν* de amore usitatum est, at minus convenit interrogationi, cui vis inest negandi, qua indicari videtur, hoc propositum habere mulieres, ut virorum animos deliniant. Longe aptius ita erat simplex placendi verbum, quam quod suavitati adiunctam habet fraudis damnique cogitationem. Qua de caussa Casauboni *τοι*, modo librorum fide innitatur, spernendum non est, ut Sappho puellae alicui rusticae mulieris Andromedae familiaritatem exprobret. Praeterea verisimillimum est, quod cum Casaubono arbitratur Blomfieldus, verba a Maximo Tyrio conservata ex ipso nostro loco petita esse, cuius partem priorem Athenaeus contraxerit. Et haec *ἀγροιῶτιν ἐπεμμένα* poterant eiusdem generis versum claudere, cuius est alter, quem integrum Athenaeus apponit: *στολὴν* enim non est necessārium ad sensum, et quum in *ἐπεμμένα* Acolica proprietas eluceat, dialecti nomine suspectum. Itaque propius accedere videmur ad genuinam loci formam, ita scribendo:

Τίς δ' ἔθελξε νόον τοι [πότ'] ἀγροιῶτιν ἐπεμμένα,
οὐκ ἐπισταμένα τὰ βράχε' ἕλκην ἐπὶ τῶν σφυρῶν.

Quae tibi, quaeso, mentem delinivit rustice amicta, quae nescit vestem ad talos trahere.

XXIV.

Hermogenes de formis orationis II. c. 4. p. 403. *Ὅταν τὴν λύραν ἐρωτᾷ ἡ Σαπφὼ, καὶ ὅταν αὐτὴ ἀποκρίνηται, οἷον· Ἄγε χέλυ δίά μοι λέγε, φωνάεσσα δὲ γίνεο.*

Cod. Caio-Gonvil. referente Blomfieldo, *ἄγε δὴ χέλυ*, omisso *μοι*. Eustathius vero ad Iliad. *α*. p. 8. Bas. *Ὁμηρικῶς δέ πως καὶ ἡ λυρικὴ Σαπφὼ σχηματίζουσα τῇ κιθάρᾳ ἐγκελεύεται· Ἄγε μοι, δῖα χέλυ, φωνάεσσα γένοιο.* Hinc synizesi vocabulo *φωνάεσσα* adhibita, legendum videtur:

Ἄγε δῖα χέλυ μοι λέγε, φωνάεσσα δὲ γίγνεο.

Age, divina testudo, dic mihi, et vocalis fias. Horatii versus comparat Ursinus, Carm. III, 11, 3 seqq. *Tuque, testudo, resonare septem Callida nervis, ... Dic modos, Lyde quibus obstinatas Applicet aures.* Sed Orion Thebanus Etym. p. 28, Aeoles *ῡ* pro *ῶ* efferre ostendens scribit: *ὡς παρὰ Σαπφοῖ χελώνη χελύνη*, quae verba iam prolata erant a Koenio et Bastio ad Gregor. Cor. p. 586, eandemque vocabuli speciem annotant Etym. M. p. 87, 33. 808, 26. et Etym. Sorbon. Ms. ap. Bastium: quapropter Blomfieldus, licet nemo neget Aeoles *χέλυς* dixisse, *χελύνη* pro *χέλυ μοι* scripsit. Idem opinatur legendum: *Ἄγε, δῖα χελύνη, λέγε, φωνᾶσσα δέ μοι γένοιο.*

XXV.

Athenaeus IX. p. 410. d. *Σαπφὼ δέ, ὅταν λέγῃ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν μελῶν πρὸς τὴν Ἀφροδίτην· Χειρόμακτρα δὲ καγγόνων πορφυρᾶ, καὶ ταῦτα μὲν ἀτιμάσεις ἔπεμψα πυφωκείας δῶρα τίμια· καγγόνων κόσμον λέγει κεφαλῆς τὰ χειρόμακτρα. ὡς καὶ Ἑκαταῖος δηλοῖ, ἢ ὁ γεγραφὼς τὰς περιηγήσεις, ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἐπιγραφομένῃ· Γυναῖκες δὲ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσι χειρόμακτρα.*

Ita exempla edita; in codice suo haec legi testatur Schweighaeuserus: *καταυτα μὲν ἀτατιμάσεις ἔπεμψα πυφωκααας*, reliqua ut supra exhibuimus. Quod bis in loco excerpto legitur vocabulum, semel in verbis poetriae, deinde, ut videtur, in Athenaei interpretatione, *καγγόνων*, quum pro genitivo habitum esset, tale autem vocabulum frustra quaereretur, a coniectura putarunt auxilium petendum. Sed quum scriptor ab ea potestate vocabuli, quae compositioni eius convenit, his primum verbis ad alteram istam, qua de ornamento capitis usurpetur, pergat demonstrandam: rectius, qua vi apud Sapphonem *χειρόμακτρον* accipi vellet, ita enunciasset, ut, si forte genitivus in verbis poetriae repertus esset, omisso eo simpliciter ab illa vocabulum de *κόσμῳ κεφαλῆς* positum scriberet. Si vero genitivum repetere placebat, certe non erat ille in initio interpretationis collocandus, sed nisi cum voce *χειρόμακτρα* construeretur, tamen ut nomini *κόσμον κεφαλῆς* postponeretur, necesse erat. Quam nunc sedem *καγγόνων* occupavit, quoniam vel propter insolitum verbi *λέγει* positum tueri non potest, tanto facilius concedemus, Athenaeum nude de *κόσμῳ κεφαλῆς* usurpatum *χειρομάκτρων* nomen dixisse, et *καγγόνων* illud Sapphonis verbis adiiciendum esse. Iam sicut Iliad. ζ. 302. *πέπλον ἑλοῦσα Θεανὼ καλλιπάρῃος θῆκεν Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο*, suadente totidem verbis Heleno vs. 92, ita apparet Veneri donum aliquod mitti *κὰγ γόνων*, id est *κατὰ γονάτων*. Nam et de forma particulae dubitationem eximunt Homericum *κὰγ γόνυ*, et quod in inscriptionibus legitur *κὰγ γᾶν*, et potestas eius similis est dictionis proximis lineis ab Athenaeo illustratae, *κατὰ χειρός τινι ὕδωρ διδόναι*, neque ipsum *γόνων* pro Ionico *γούνων* inexspectatum est apud poetriam Aeoliam, quae gens etiam *ὀρανὸν*, *βολὰν*, *βόλεσθαι* proferebat. Ac diserte Stephanus Byzantius v. *Γόννοι: Γόνα γὰρ οἱ Αἰολεῖς τὰ γόνατα.* Ubi etsi scriptura codd. Voss. et Rehdig. *γόννα* praeferatur, ne alterum quidem abiiciemus, quum pariter *βολλὰ* et *βολὰ* reperiantur, ut apud Sapphonem fragm. XXI. *περῤῥεμένον*, fragm. XXIII. *ἐπεμμένα*, lecta sunt. Hoc igitur si vere statuimus de altero *καγγόνων*, priore loco vocabulum illud expungendum est, incylcatum ibi ab eo, qui in vulgari verborum

descriptione vocem ab Athenaeo illustratam in Sapphonis versibus desideraret. Deinde qui deo rem quamlibet dedicat, gratam illi sperat futuram, nec eodem tempore timet, ne deus aversaturus sit: itaque pro his, *μὲν ἀτιμάσεις*, iure Iacobsius ad Anthol. Gr. V. II. P. I. p. 12. requirit *μὴ*, quam voculam frequenter cum *μέν* confusam testatur Bastius ad Gregor. Cor. p. 576. Simul Iacobsius *ἀτιμάσῃς* postulat: futurum indic. in prohibitivo *μὴ* defendit Schaeferus ad Gnom. Gr. p. 318. ex Aristophanis dicto, *μαλαχὸν δ' ἐνδώσετε μηδέν*, Plut. 488, iamque annotaverat in Sophocl. Ai. 572. *μὴ ἀγωνάρχαι θήσουσ' Ἀχαιοῖς*. Estque id tempus frequens in exhortativo *ὅπως*, quare non potest vitiosum haberi in vocula contraria. Sed illicita vocalium *η ᾱ* concursio facillime evitabitur, inserto, ut in precatione sollicita, pronomine *σύγα*, quod quum Doriensibus adscribat Etym. M. p. 732, 30, cod. Leid., de quo Koen. ad Gregor. p. 268, *Αἰολεῖς* praefert. Vide quae diximus de I, 13. Et forsan hoc *σύγ'* latet in litteris *ᾱτ*, quae in cod. Schweighaeuseri verbo *ἀτιμάσεις* praeponuntur: simillimos enim eos ductus esse, docent Bastius Comm. palaeogr. p. 714. et Iacobsius ad Anthol. Pal. p. 84. Mox pro vetere *πυφωκείας* Ursinus p. 294. quosdam legere tradit *ἀπὸ φωκαίας*, quorum vocabulorum speciem Aeolicam servat codex Schweighaeuseri, modo litterae ita dispescantur: *ἔπεμψ' ἀπὺ Φωκάας*. *Ἀπὺ* et simplex et in compositione habent tituli Aeolici, *ἀπυστρέφονται* Sappho fragm. XLIV. In eadem dialecto *ᾱι* diphthongus *ῑ* sequente vocali amittit, ut tradit Gregor. Cor. §. 19. cum iis, quos conferunt Koenius et Bastius; quocirca *Φωκάα* non magis est improbandum, quam *Ἀλκάος, ἀρχάος, πάλαος, Ἄχαος*. At quam indecenter per parenthesin deam Sappho precatur, ne munera sua despiciat, dum primario enunciato, qualia ea sint, edocet. Quem natura precationis flagitat ordinem membrorum, eum sic restituemus, si eiecta vocula *καί*, pro qua in cod. Schweighaeuseri syllabam *κα* legi monuimus, verbo *ἔπεμψα* pronomen relativum *τάγε* praeponatur, id est si litterae fere eaedem ab initio prioris versus demoveantur in versum proximum. Est enim totum fragmentum suis numeris ita describendum:

Χειρόμακτρα δὲ πορφυρᾶ
ταῦτα μὴ [σύγ'] ἀτιμάσεις,
[τάγ'] ἔπεμψ' ἀπὺ Φωκάας
δῶρα τίμια κὰγ γόνων.

Mantelia vero purpurea noli despicere, quae misi a Phocaea dona pretiosa ad genua tua. Iam licet iudicare, quam iuste ad hunc locum provocet Athenaeus, ut *χειρόμακτρα* etiam ornamenta capitis dicta comprobet. Neque plus valent Hecataei verba, ex quibus tantum perspiciamus, gentis cuiusdam feminas capita linteis involvere solitas esse. Postremo Herodoti loco II, 122, quem tertium Athenaeus adiicit, ubi Rhampsinitus *χειρομάκτρῳ* aureo a Cerere donatus, ab inferis rediisse perhibetur, nihil prorsus, quod ad hanc rem pertineat, efficitur. Ipsa autem mantelia eius interdum magnificentiae fuisse, ut diis possent digne consecrari, ex Alciphrone discitur, his verbis Epist. III, 46. describente: *Ὅρα ὡς ἔστι πολυτελὲς τὸ χειρόμακτρον, ὀθόνης Αἰγυπτίας καὶ ἀλουργοῦ πορφύρας τῆς Ἑρμιονίδος, λεπτὸν ἐς ὑπερβολὴν καὶ πολύτιμον ὕφασμα.* Tale *sudarium Saetabe ex Ibera*, muneri sibi olim missum ab amicis, surreptum queritur Catullus carm. 12. Particula *ἀπὺ* non est cum verbo *ἔπεμψα* constructa, sed ut originem rerum apud Graecos Latinosque *ex* vocula exprimit,

quale est hoc, *ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας*, fragm. XIX, ita *ἀπὸ* praepositio adiectivi locum tenet ap. Pindar. fragm. 73, *ὅπλα ἀπ' Ἄργεος*, Aristoph. Eccles. 953, *τὸν ἀπ' Ἰωνίας τρόπον*, quibus exemplis ex Matthiaei gr. Gr. §. 573. accedant Hom. hymn. in Merc. 191. *βοῦς ἀπὸ Πιερίης*, Theocr. 1, 147. *ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα*. Textilibus conficiendis omnino Iones excellebant, quorum ex urbibus Sappho Phocaeam nominat, ut Lesbo proximam; ac forsan illo saeculo Phocaeensium opera pari laude celebrabantur, qua postea Milesiorum. Quod enim de artificio eorum apud ceteros scriptores nihil fere relatum invenimus, praeterquam quod flabellum Phocaicum laudat Clearchus apud Athenaeum VI. p. 257. b., non impedit, quin ante Cyri tempora illorum merces laudatissimae fuerint.

Sed Casaubonus pro *καγγόνων* scripsit *πλαγγόνων puparum;* virgines enim pubertatem ingressas pupas suas simul cum ornamentis capitis deae consecrasse: posse etiam *χειρόμακτρα πλαγγόνων* per periphrasin dici *κεκρυφάλους*, reticula, quibus virgines usae sint. Totum fragmentum sic putat non absurde corrigi posse: *Χειρόμακτρα δὲ πλαγγόνων πορφυρᾶ, καὶ ταῦτα μάλα τιμάεντά γ' ἔπεμψα Σαπφοῦς τεᾶς δῶρα τίμια.* Iacobsius l. c. *Χειρόμακτρα πλαγγόνων πορφυρόβαπτα μὴ ἀτιμάσῃς ἃ πέμψα παρθενείας δῶρα τίμια.* Fiorillo Animadvv. ad Athen. p. 30. *Τὰ χειρόμακτρα τάδε καρηνῶν πορφυρᾶ, καὶ ταῦτα μηδ' ἀτιμάσῃς, ἔπεμψα Σαπφὼ κεῖνα δῶρα τίμια*: pro *μηδ'* posse *μή μ'* scribi, postrema sic quoque emendari: *ἔπεμψα, Παφία, κεῖσε δῶρα τίμια*, vel *ἔπεμψα τετυφωνυῖα δῶρα τίμια.* Ex illis sua contexuit Volgerus. Aliorum correctiones, si quae exstent, noluimus conquirere.

XXVI.

Athenaeus XV. p. 674. c. *Ἐκάλουν δὲ καὶ, οἷς περιεδέοντο τὸν τράχηλον, στεφάνους ὑποθυμιάδας, ὡς Ἀλκαῖος ἐν τούτοις· Ἀλλ' ἀνήτῳ μὲν περὶ ταῖς δέραις περθέτω πλέκτας ὑποθυμιάδας τις. καὶ Σαπφώ· Καὶ πολλαῖς ὑποθυμιάδες πλέκταις ἄντια παλαιδέραι. καὶ Ἀνακρέων· Πλεκτὰς δ' ὑποθυμιάδας περὶ στήθεσι λωτίνας ἔθεντο.*

In Sapphonis verbis membranae Schweighaeuseri *ὑποθυμιάδαις*. Nominis originem ita explicat Athenaeus p. 688. c. *Τοὺς στεφάνους τοὺς περικειμένους τῷ στήθει ὑποθυμιάδας οἱ ποιηταὶ κεκλήκασιν, ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθῶν ἀναθυμιάσεως, οὐκ ἀπὸ τοῦ τὴν ψυχὴν θυμὸν καλεῖσθαι, ὥς τινες ἀξιοῦσιν.* Quamquam autem secundum eundem p. 678. d. *ὑποθυμὶς καὶ ὑποθυμιάδες στέφανοι παρ' Αἰολεῦσι καὶ Ἴωσιν* appellabantur, qua de caussa, quod de Phileta ille tradit, *ὅτι ὑποθυμίδας Λεσβίους φησὶ καλεῖν μυρσίνης κλῶνα, περὶ ὃν πλέκειν ἴα καὶ ἄλλα ἄνθη*, Schweighaeuserus ibi vetus *ὑποθυμιάδας* suorum codicum lectioni posthabuit: nostro tamen loco in nullius trium poetarum fragmento forma vocabuli metricae omnium rationi commodior ex libris prodita est. Nam Alcaeo quidem Iacobsius, *δέραισι* reponens, Sapphicos hendecasyllabos reddidit, Anacreontis versus choriambici videntur: utrumque metrum ut salvum sit, per synizesin illud vocabulum est pronunciandum, quam altera forma praelata poterant evitare, si quid incommodi aut insueti ipsis synizesis habere visa esset. Supervacuum est exemplis eam confirmare praeter illa, quae de Graecis congesserunt Hermannus Elem. doctr. metr. p. 53, Seidlerus de verss. dochm. p. 105, Reisigius Coniect. I. p. 291, Iacobsius in Anthol. Pal. p. 585, de Latinis Bentleius ad Horat. Serm. II,

8, 1, Santenius et Lennepius in Terent. Maur. p. 426; verum non est praetermittendum prudentissimum Santenii iudicium, a Lennepio laudatum p. 431: *Nec synecphoneseis poetarum inventa, quibus metri caussa utantur, existimanda sunt, sed obtinebant in vita communi et vulgari sermone, unde in vulgaribus rhythmis nihil illis vulgarius.* Hinc apud Aeoles frequentes fuisse credibile est, suntque iis interdum restituendae, ubi obtexerunt grammatici, velut Sapphoni fragmm. XLII. LII. Eandem figuram licet nostro versu adhibere vocabulo *ὑποθυμιάδες*, si prius iusta terminatio $\overline{\alpha\varsigma}$ revocata fuerit: nam vulgatae lectionis nominativus aeque perversus est, atque in codice Schweighaeuseri accusativi terminatio $\overline{\alpha\iota\varsigma}$ inaudita, quae aut ex inepto Aeolici soni studio ortum habet, aut male ad hoc vocabulum relata est, quum aliquis vocem *πλέκτας*, quae in Alcaei versibus legitur, tali modo conformandam monuisset. Quamquam Casaubonus secundum illum nominativum reliqua ita corrigere maluit: *καὶ πολλαί θ' ὑποθυμιάδες πλεκταὶ, κ' ἄνθεα περιδέραια*, postrema cum Guil. Cantero. Koenius ad Gregor. Cor. p. 601. scribit: *καὶ πολλαῖς ὑποθυμιάδαις πλέκταις ἀνήτῳ ἀπαλαὶ δέραι*, suppleto verbo *ἐχόντων*. Schweighaeuserus, de prioribus cum Koenio consentiens, commendat *ἀντὶ ἀπαλᾷ δέρᾳ*, vel si quis dativum improbet, *ἀντὶ ἀπαλᾶς δέρας*, vel si quis omnino *ἀντία* vocabulum non ferat, *ἀνὰ ἀπαλᾷ δέρᾳ*. Volgerus *ἄντ' ἀπαλᾶς δέρας*. Sed ut fronti revera oliva *praeponitur*, ita serta collo *circumdantur*, nec poterit illud verbum aut particula ei similis ferri, nisi forte cervicibus contectis solum iugulum iis videatur ornari. Particulam *circa*, quam requiri intelligimus, offert librorum lectio *ἄντι*, modo *τι* mutes littera $\overline{\pi}$. *Ἀμπί* Aeolicum esse, ex Etym. M. p. 85, 48. 94, 19. et Hesychii glossis *ἀμπέσαι*, *ἀμπίουρον*, *ἀμπιστάτηρ*, *ἀμπίτιαρ* docuit Koenius ad Gregor. Cor. p. 344. *Πολλαῖς* ut praeferatur tamquam in accusativo, suadet Blomfieldus. Itaque sic fragmentum emendatius legetur:

Καὶ πολλαῖς ὑποθυμιάδας
πλέκταις ἀμπ' ἀπαλᾷ δέρᾳ.

Et multa serta plexa tenerum circa collum.

XXVII.

Plutarchus Amator. p. 751. *Χάρις ἡ τοῦ θήλεος ὕπειξις τῷ ἄρρενι κέκληται πρὸς τῶν παλαιῶν· ὡς καὶ Πίνδαρος ἔφη τὸν Κένταυρον ἄνευ χαρίτων ἐκ τῆς Ἥρας γενέσθαι. καὶ τὴν οὔπω γάμων ἔχουσαν ὥραν ἡ Σαπφὼ προσαγορεύουσά φησιν, ὅτι Σμικρά μοι, παῖ, ἔμμεναι φαίνεαι κἄχαρις.*

Hinc fortasse profecit Schol. Pindari de ipso loco eo, quem Plutarchus tangit, Pyth. 2, 75, ubi demonstrans, *χαρίζεσθαι κυρίως τὸ συνουσιάζεσθαι* dici, praeter versus Aristophanis Eqq. 521. et Theopompi haec adscribit: *καὶ Σαπφώ· Μικρά μοι παῖς ἔμμεναι λιθόχαρις, ἡ μήπω δυναμένη διὰ τὴν ἡλικίαν χαρίσασθαι.* Pro *λιθόχαρις* cod. Gotting. *φῆλιεύχαρις*, idem cum editis exemplis *μικρά*. Adde Maximum Tyrium dissert. XXIV. *Οὐ προσιέναι φησὶν ὁ Σωκράτης Ἀλκιβιάδῃ, ἐκ πολλοῦ ἐρῶν, πρὶν ἡγήσατο ἱκανὸν εἶναι πρὸς λόγους· Σμικρά μοι παῖς ἔτι φαίνεο καὶ χαρίεσσα, Σαπφὼ λέγει.* Davisius postulat *κοὐ χαρίεσσα*, *κἄχαρις* Sapphoni eripi non patitur Ruhnkenius ad Tim. p. 274, consentiens cum Th. Gatakero de stilo N. F. c. 11. p. 72. De vocabulo *ἄχαρις* explicando cum Schol. Pind. concinit

Grammaticus in Anecdd. Gr. Bekkeri p. 473, iam Ruhnkenio laudatus. Verius sit *παΐς* an *παῖ*, ambigas: nullo tamen detrimento sententiae in praedicato nomen *παῖς* omittetur, nec satis commode adiectivo postponitur: compellatio vocativi non ingrata est, praesertim si forte ab his versiculis carmen incipiebat. Probato vocativo *παῖ* etiam Maximi *ἔτι* locum in metro habebit, si scripserimus:

Σμικρά μοι, παῖ, ἔτ' ἔμμεναι
φαίνεαι κἄχαρις.

Parva mihi, o puella, adhuc esse videris et invenusta. Volgerus: *Σμικρά μοι παῖς ἔμμεν' ἔτι φαίνῃ κοὐ χαρίεσσα.* Blomfieldiana paria sunt nostris, nisi quod *παΐς* habet pro *παῖ ἔτ'*, sed illud pro vocativo esse vult. Praeterea commendat *ἔμμεν*, et *ψυχρὰ* pro *σμικρά*.

XXVIII.

Maximus Tyrius dissert. XXIV. *Ἀνθάπτεται Σωκράτης τῇ Ξανθίππῃ ὀδυρομένῃ, ὅτι ἀπέθνησκεν, ἡ δὲ Σαπφὼ τῇ θυγατρί· Οὐ γὰρ θέμις ἐν μουσοπόλων οἰκίᾳ θρῆνον εἶναι, οὐκ ἄμμι πρέπει τάδε.*

Εἶναι Aeoles non modo in poesi, sed ne in vulgari quidem sermone norunt, ut docent tituli: quare cum Blomfieldo scribendum est *ἔμμεναι*. Non assequimur autem, quo argumento Sapphoni religio sit lamentari, quia hae aedes a Musarum cultricibus habitentur, id est ab ipsa et filia. Aut indecorum dicendum erat, non nefas, si ex his aedibus, quas poetria possideret, planctus exaudirentur; aut si nefariae rei, qua deorum numen violatur, retines cogitationem, aedium nomen circumlocutioni tantum inserviet nimis inani, quum nefas esse hoc significetur, si Musarum antistites quocunque loco lamentationes edant. Nulla enim sanctitas aedibus iis tribuatur, quas obtinent, quae Musas colunt; nulla iis, quas aliae mulieres, iisdem sacris operantes, adire solent: si quis forte ad has omnes *μουσοπόλων* nomen nunc pertinere putaverit. Sed a deorum praesentia fletus cohibentur, pollui iis putatur locus ab ipsis visitatus, nefas est talia audiri non in domo *μουσοπόλων*, sed *Μουσοπόλῳ*, domo Sapphonis, quam Musae frequentare non dedignantur. Postremo pronomen *τάδε* indicat, antegressis versibus talia poetriae excidisse, propter quae his verbis se ipsa reprehendit, ab adversativa particula incipiens, qua reposita integri versus Asclepiadei duo restituentur tales:

[Ἀλλ'] οὐ γὰρ θέμις ἐν Μοισοπόλῳ οἰκίᾳ
θρῆνον ἔμμεναι, οὐκ ἄμμι πρέπει τάδε.

Sed haec nos non decent, nefas est enim in domo Musis visitata lamenta esse.

XXIX.

Etymologicum Magnum p. 2, 45. *Ἀβακής· κέχρηται αὐτῷ Σαπφώ, οἷον· Ἀλλά τις οὐκ ἔμμεν παλιγκότων ὀργάνων, ἀλλ' ἀβακὴν τὰν φρένα ἔχω· ἀντὶ τοῦ ἡσύχιον καὶ πρᾷον.*

Fulv. Ursinus ex coniectura: *Ἀλλά τις οὐκ ἐμμὶ παλίγκοτος ὀργὰν*, recte omnia praeter *παλίγκοτος*, quod pro *παλιγκότων* non est necessarium. Quamquam enim sufficit cum verbo *εἰμὶ* constructus solus genitivus pluralis, non desunt tamen additi *τις* vel *εἷς* exempla. Ut brevi spatio ter Plato Sophista p. 235. a. b. *τῶν γοήτων ἔστι τις, τῶν τῆς παιδιᾶς μετεχόντων ἐστί τις μερῶν, οὐκ ἐκφεύξεται τὸ μὴ οὐ τοῦ γένους εἶναι τοῦ τῶν θαυματοποιῶν*

τις εἶς. Hoc τις a genitivo suo interiecto verbo οὐκ ἔμμι ita diremptum est, ut continuo legantur τις οὐ, nequaquam illa pro composito οὔτις accipienda. Simili ordine verborum Sophocles Oed. Col. 280. φυγὴν δέ του μήπω γενέσθαι φωτὸς ἀνοσίου βροτῶν, et vs. 1133. ἀνδρὸς, ᾧ τις οὐκ ἔνι κηλὶς κακῶν ξύνοικος. Deinde Stephanus cum exemplis Etymologici Sylburgiano vetustioribus πάμφρενα: Ursinum, τὰν φρένα scribentem, sequitur Sylburgius. Qui simul haerens in accusativo adiectivi syllaba ην terminato scribi vult ἀβακῆ, adstipulante Kulenkampio: Wolfius et Volgerus dederunt ἀβάκη. Antiquam scripturam defendit Choeroboscus in Anecdd. Gr. Bekkeri p. 1233. Εἰ δὲ ὀξύνεται ἡ εὐθεῖα, αἱ εἰς ην λήγουσαι αἰτιατικαὶ ἀπὸ γενικῶν εἰς ους ληγουσῶν οὖσαι βαρύνονται, διὰ τὸ τοὺς Αἰολεῖς κεχρῆσθαι ταύταις ταῖς αἰτιατικαῖς· δυσμένην γὰρ λέγουσι καὶ κυκλοτέρην καὶ εὐρυνέφην, τῶν εὐθειῶν ὀξυνομένων, οἷον ὁ δυσμενής, ὁ κυκλοτερής, ὁ εὐρυνεφής. Cui regulae congruenter Stephanus et Ursinus penultimam accentu signant. Itaque sic scribe omnia:

Ἀλλά τις οὐκ ἔμμι παλιγκότων
ὀργὰν, ἀλλ' ἀβάκην τὰν φρέν' ἔχω.

Sed non sum una earum, quae iram mente retinent, sed mitem habeo animum. Ὀργὴ de ingenio quocunque usitatum est. Asclepiadeis hos versus annumeramus, quia uterque binos choriambos habet, alter cum iambo finali, alter cum basi: sed fieri potest, ut uterque choriambo longior fuerit. Is. Vossius ad Catullum p. 213. scribit: *Sappho: — Ζαλᾶτις ἐγ' οὐκ ἔμμι παλιγκότων Ὀργάνων, ἀλλ' ἀβακῆ τὰν φρέν' ἔχω — Dicit se non esse vindictae cupidam, nec aemulam repercutientium machinarum, sed pacato esse semper ingenio. Παλίγκοτα ὄργανα, idem quod παλίντιτα τόξα.*

XXX.

Etymologicum Magnum p. 822, 39. Ἰωιόν] δεῖ γινώσκειν, ὅτι τὸ ᾠὸν τὸ ῐ ἔχει, ὅτι εὕρηται τὸ ῑ κατὰ διάστασιν παρὰ τῇ Σαπφοῖ· Φασὶ δή ποτε Λήδαν ὑακίνθινον πεπυκαδμένον εὑρεῖν ᾠόν.

Ex cod. Paris. 346. hanc Bekkerus varietatem lectionis prodit: γὰρ ποταμὸν ὑακίνδινον Λήδαν, et ex cod. 178. hanc: δὴ ποταμὸν ὑακίνθινον Λήδαν. Cum his confer Zonaram p. 1879. Ἰωιόν. ἔχει τὸ ῑ, εὕρηται γὰρ κατὰ διάστασιν, ὡς παρὰ Σαπφοῖ· Φασὶ δὴ ποταμὸν ὑακίνθινον Λήδαν πεπυκαδμένον εὑρεῖν ᾠόν. Ubi cod. August. φασὶ γάρ. Et Athenaeum II. p. 57. d. Σαπφὼ τὸ ᾠὸν τρισυλλάβως καλεῖ· Φασὶ δή ποτε Λήδαν ᾠόν εὑρεῖν. Quae hinc repetit Eustathius in Odyss. λ. p. 437. Bas. Ex depravato ποταμὸν aliquid auctoritatis accedit Aeolicae scripturae πότα. De metro nihil affirmamus, quoniam singulorum verborum non potest certus ordo constitui: non improbabilis tamen haec descriptio videtur:

Φασὶ δὴ πότα Λήδαν ὑακίνθινον
πεπυκαδμένον ᾠόν
εὑρεῖν.

Dicunt aliquando Ledam hyacinthinum ovum involutum reperisse. Quod ad dialectum attinet, malis εὑρῆν et φασί. Nam et Priscianus I, 9. p. 562. Putsch. 47. Krehl. Aeoles docet φασὶ pro φασὶ efferre, et congruit hoc cum formis verborum χόλαισι et δίψαισι, de qui-

bus in II, 5. diximus, et cum participio *φαὶς*, fragm. LXXXVIII. restituto. Omnis autem haec de ovo narratio, quod pepererit Nemesis, excluserit Leda, de qua multa collegerunt interpretes Hygini Fab. 77. et Heynius in Apollod. III, 10, 7, inde manasse videtur, quod Dioscuri cum Cabiris, religionum Samothracicarum numinibus, confusi, modo eodem, quo Orphicorum Phanes, ex ovo crederentur prodiisse. Ut illud, ex quo Phanes exclusus est, primum nube vel veste involutum erat, docente Creuzero Symbol. T. III. p. 292, ita Leda invenit *ᾠὸν πεπυκαδμένον*. Occultati ovi, sicut mysticos deos vittis condi solitos ostendit Creuzerus T. II. p. 345, superest memoria in vulgari fabula, quando secundum Apollodorum III, 10, 7. ovum a pastore aliquo in nemore repertum, secundum Schol. Odyss. *λ*. 298. ovum suum, Leda *εἰς λάρναχα*, in cistam reponit. Ipsam Ledam ovum a Nemesi editum invenisse, cum Sapphone tradit Schol. Callimachi hymn. in Dian. 232. Postremo color *ὑακίνθινος* plane mirificus esset, nisi purpurea omnia in mysteriis cognosceremus ex Creuzero T. II. p. 358. His omnibus reputatis, persuasum habemus, ovum istud *ὑακίνθινον πεπυκαδμένον* pariter Sapphonem ex mystica doctrina deprompsisse, ac Pausanias eam deorum nomina, de quibus fragmm. CXXVII. CXXVIII. agitur, ex carminibus iis, quae a Pampho ferebantur composita, sumpsisse testatur.

XXXI.

Pollux VII, 16, 73. *Ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Σαπφοῦς μελῶν ἐστιν εὑρεῖν· Ἀμφὶ λάβροις λασσίοις εὖ ἐπύκασε. καί φασιν εἶναι ταῦτα σινδόνια ἐπεστραμμένα. Θεόπομπος δὲ ἐν Ὀδυσσεῦσιν ἐπὶ διακόνου ἔφη, λάσιον ἐπιβεβλημένος. λάσια δὲ ἐκάλουν τὰ μαλλοὺς ἔχοντα χειρόμακτρα, ὡς ἀπὸ τῆς δασύτητος· ὥστε οὐδὲν κωλύει τὰς ὀνομαζομένας μαντήλας καλεῖν οὕτως.*

Circum turgentibus mappis villosis bene involvit. Apposite Barkerus annot. in Etym. M. p. 1083. confert glossas Galeni, *Λάσιον, σινδόνην*, et Hesychii, *λασιουργίας, ἱστουργίας*, simulque Salmasii ad Vopiscum p. 357. observationem adscribit, qui villosis mappis demonstrat veteres usos esse. In Sapphonis verbis non debebant Pollucis editores *λασίοις* reponere, quam sane scripturam ceteris locis recte codd. exhibent. *Λάβρα* dicuntur *λάσια*, ut *κῦμα, ποταμὸς, πῦρ, καπνὸς*, quasi undantia. Verba *ἀμφὶ λάβροις* fortasse versum finiebant, ut alterius initium tale esset, *λασσίοις ἐπύκασε:* quamquam id nequaquam certum est. *Ἐπύκασσε* duplicato $\overline{\sigma}$ scripserunt Volgerus, Blomfieldus, Barkerus.

XXXII.

Hephaestio p. 60. *Ἔστι δὲ πυκνὸν ἐν τοῖς ἀντισπαστικοῖς τετραμέτροις καταληκτικοῖς καὶ τὸ τὴν δευτέραν μόνην ἀντισπαστικὴν ἔχον, ᾧ μέτρῳ ἔγραψεν ᾄσματα καὶ Σαπφὰ ἐπὶ τοῦ ἑβδόμου·*

Γλυκεῖα μᾶτερ, οὔτοι δύναμαι κρέκην τὸν ἱστὸν,
πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς, βραδινὰν δι' Ἀφροδίταν.

Dulcis mater, non possum profecto pulsare telam, desiderio domita pueri, gracilem per Venerem. Vulgo *κρέκειν:* Aeolicum flexum debemus codici C., ex quo etiam in Hephaestionis verbis *ἐπὶ τοῦ ἑβδόμου* pro vulgato *ἐπὶ τῆς τοῦ ἑ.* recipiendum esse, in expositione

metrorum docuimus. Idem *γλυκυα.* *Ἰστὸν* Gaisfordus et Blomfieldus, de libris nihil annotantes: alii *ἱστόν.* In Etymol. Gud. p. 316, 35. haec leguntur: *Κερκὶς, κρέκω γὰρ προκατάρχει ῥῆμα, οἷον· Γλυκεῖα μᾶτερ, καὶ οὔτι δύναμαι κρέκειν τὸν ἱστόν· κρέκω κρεκὶς, καὶ καθ' ὑπερβιβασμὸν κερκίς· παρὰ τὸ κρέκειν, ὅ ἐστιν ἠχεῖν. περὶ παθῶν.* Huius indicis liber crebro laudatur Herodiani nomine addito. Eadem, sed ordine turbato, habet Etym. M. p. 505. extr., in versu tamen Sapphonis *καὶ* recte omittit. Contracta praebet Zonaras Lex. p. 1190, is quoque *οὔτι* omissa vocula *καὶ* scribens. *Οὔτι* metrum evertere, quale ab Hephaestione explicatur, supra declaravimus. Praetulerunt autem hanc lectionem Ursinus, Brunckius Anall. T. I. p. 56. et A. Schneiderus select. carm. p. 42. Cum toto loco Ursinus, et Is. Vossius ad Catull. p. 329. conferunt Horatiana, Carm. III, 12, 4 seqq. *Tibi qualum Cythereae puer ales, tibi telas, operosaeque Minervae studium aufert, Neobule, Liparei nitor Hebri.* Postremae formulae simile est hoc Hesiodi Theog. 962. *Ἐν φιλότητι γείναθ' ὑποδμηθεῖσα διὰ χρυσέην Ἀφροδίτην.* Vide ibidem vss. 822. 1005. 1014. fragm. VII. Alibi eadem potestate est *ἕκατι Κάστορος, Χαρίτων ἕκατι, auctore Castore.*

XXXIII.

Hephaestio p. 41. *Τὸ Αἰολικὸν ἔπος τὸ καταληκτικὸν τοιοῦτόν ἐστι·*

Κέλομαί τινα τὸν χαρίεντα Μένωνα καλέσσαι,
εἰ χρὴ συμποσίαις ἐπ' ὄνασιν ἐμοὶ γεγενῆσθαι.

Iubeo aliquem venustum Menonem vocare, si mihi vultis convivia delectationi esse. Prior versus legitur etiam apud Schol. Hephaest. p. 177. Ed. Iunt. et cod. H. *κέλλομαι*, dein libri veteres editi, et ut Gaisfordus putat, manuscripti, *καλέσαι;* cod. B. 2. *ἔχρην*, B. 3. *ἐχρὴ*, ed. Iunt. et codd. H. B. *ἐπόνασιν*, libri omnes *συμποσίας.* Sine nomine auctoris et hoc fragmentum et proxime insequentia Hephaestio profert: quum autem hic ipse versus Sapphoni tam frequens fuerit, ut ab ea sit cognominatus, quumque sententia eius ingenio plane conveniat, cum Volgero censuimus inter Sapphonis reliquias locum versibus nostris concedendum. Qua potestate nunc legitur *εἰ χρὴ*, in prosa oratione frequentatur *εἰ μέλλω*, ut apud Platonem, de quo vide Heindorfium ad Parmen. 71. Nostrae formulae non desunt exempla poetarum libris. Ut Chrysothemis in Sophoclis Electra vs. 339. *εἰ δ' ἐλευθέραν με δεῖ ζῆν, τῶν κρατούντων ἐστὶ πάντ' ἀκουστέα*, id est, *si me pateris liberam vivere.* Pro *εἰ* alibi est *αἰ.* Deinde genitivus *συμποσίας* recte se haberet, si *ἐπόνασις, ἐπονίνημι* Graeca essent: quum praepositionem iure editores a nomine secernant, nostri vocabuli requiritur accusativus, cuius illa est apud Aeoles forma. *Τὸ πρᾶγμά μοι πρὸς ἡδονὴν ἐστι, res mihi voluptatem affert,* loquendi genus est et poetis et solutae orationis auctoribus usitatum, exemplis confirmatum a Dorvillio ad Charit. p. 554. et Blomfieldo Gloss. Aeschyl. Agam. 278. Propius etiam nostrae dictioni Aristides in Lept. 72. *ὁ σὸς νόμος ἐν τούτῳ πρὸς ὄνησιν ἔσται τῇ πόλει.*

XXXIV.

Hephaestio p. 41. *Αἰολικὰ πεντάμετρα καταληκτικὰ εἰς δισύλλαβον·*

Τίφ σ', ὦ φίλε γαμβρέ, καλῶς εἰκάσδω;
ὄρπακι βραδινῷ σε μάλιστ' εἰκάσδω.

Cui te, care sponse, recte comparem? Surculo gracili te maxime comparo. Libri editi et manuscripti *τίω*, codex Nannianus *τί ἤς ὦ*. Pronomen interrogativum requiri sentiens Pauwius scripsit *τίνι*, sequentibus Volgero et Blomfieldo; *τέῳ* Scaliger ad Catull. p. 46, Gaisfordus, Hermannus Elem. doctr. metr. p. 363. Sed Aeoles frequenter pro ē, quod altera vocali excipitur, substituunt ī, id quod de terminatione adiectivorum *ēος* annotatum est fragm. V, pariterque in verbali flexione *ēω* in titulis Orchomeniis obtinet. Adde genitivum pronominis personae secundae *τιοῦς* pro *τεοῦς, διὰ τοῦ ī, ἣν καὶ ἀναλογωτέραν ἡγητέον, ἐπεὶ τὸ ē εἰς ī μεταβάλλουσι φωνήεντος ἐπιφερομένου*, ut censet Apollonius de Pronom. p. 95. Ex eodem cognoscimus scripturam *τίος*, porro *τίω καὶ τίως, συζυγούσας τῇ ἐμέω καὶ ἐμέως*, p. 96, qua ex comparatione simul coniicias, imprimis littera *τ* antecedente ī ab Aeolibus praeferri solitum esse. Huc pertinet observatio Apollonii p. 135. prodita: *Ἐπὶ τῆς τεὸς κτητικῆς Βοιωτοὶ μεταβάλλουσι τὸ ē εἰς ī, καθὸ τὸ θεὸς θιός*. Unde fluxit Laconum *σιός*. Haec sufficere poterant ad vindicandam Aeolibus scripturam *τίῳ, τίων, τίοισιν* in pronomine interrogativo, pro Ionicis *τέῳ, τέων, τέοισιν*. Accedunt de ipso hoc vocabulo idoneae auctoritates. *Τίοισιν* est apud Sapphonem fragm. CXIII, diserte illud a veteribus magistris annotatum, qui *τίος*, ex genitivo *τίνος* ortum, in potestatem nominativi traductum statuunt, eiusque genitivum faciunt *τίου*. Vide praeter locos, quibus de solo *τίοις* agitur, Etym. M. p. 752, 12. Etym. Gud. p. 526, 3. Phavor. Ecl. p. 418. Dind. Dativum *τίῳ* adiicit Etym. Gud., qui poterat sane, nisi nostro fragmento confirmaretur, pariter commenticius haberi, atque illa *τίος* et *τίου* aperte sunt a grammaticis efficta. Iota vero praeter librorum auctoritatem subscripsimus, quia ita in ceteris fieri solet, quamquam grammatici Aeoles eo usos esse omnino negant. *Ὄρπακι* spiritu aspero signant Volgerus, Gaisfordus, Hermannus; alteram scripturam praebet Ursinus. Comparatio ista similis est Homericae, *ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος, τὸν θρέψαν θεοὶ ἔρνεϊ ἶσον*, Iliad. σ. 56. 437. Odyss. ξ. 175. Diaeresin verbi *ἐϊκάσδω* metrum postulat.

XXXV.

Scholiasta Theocriti 11, 39. *Τὸ γλυκύμαλόν ἐστι καὶ μήλου γένος. Σαπφώ· Γλυκύμαλον ἐρεύγεται [ὡς] ἄκρῳ ἐπ' ὄσδῳ.*

Dulce malum truditur extremo in ramo. Pro vetere *οὐδῷ* iam Ursinus *ὄσδῳ*, Casaubonus Lectt. Theocr. p. 264. *ὄσδω, ī* non subscripto, Blomfieldus *ὕσδῳ*, quae forma reperitur fragm. IV. Cod. Canonic. et Salvini apogr. cod. Florent. *ὄυδω*, cod. Paris. A. *ἐπόσδων* et paullo ante *γλυκύ τι μᾶλον*. Sapphonis locum Toupius obversatum putat Philostrato Imagg. I, 31. *Τὸ δὲ ἐπ' ἄκρῳ τοῦ ὄζου σῦκον στρουθὸς διορώρυχεν, ἃ δὴ καὶ ἥδιστα σύκων δοκεῖ*. Cui loco alterum eiusdem scriptoris, I, 6. adiicimus: *Ἀπ' ἄκρων δὲ τῶν ὄζων μῆλα χρυσᾶ καὶ πυρσὰ καὶ ἡλιώδη προσάγονται τὸν ἐμὸν ὅλον τῶν Ἐρώτων*. Ubi verba *ἀπ' ἄκρων τῶν ὄζων* pleniori picturae descriptioni inserviunt, non his pomis singularem praestantiam tribui postulant. Vocula comparativa *ὡς* quoniam verbo suo postponi nequit, primam illi in versiculo sedem assignarunt Hemsterhusius, Toupius, Blomfieldus: nobis ex finali antegressi vocabuli ductu videtur enata esse, postquam *ται* syllabam solo *τ* indicari librarius putaverat. Vide Bastii Comm. palaeogr. p. 754. 780. 808. Si vero ipsa comparatio ambigua est, non debebit

eius gratia verbum ἐρεύγεται expelli, Latino verbo trudendi non absimile, quo Virgilius utitur Georg. II, 74. *qua se medio trudunt de cortice gemmae*, et vs. 335. *pampinus trudit gemmas*. At Casauhonus ἐρεύθεται reposuit, probantibus Hemsterhusio, Toupio, Volgero, Blomfieldo, quia Theocritus 7, 117. scripserit: ὦ μάλοισιν Ἔρωτες ἐρευθομένοισιν ὁμοῖοι, vel apud Longum I. p. 22. Schaef. aliquis comparet μήλῳ τὸ τῆς κόρης πρόσωπον, ὅτι λευκὸν καὶ ἐνερευθὲς ἦν. Sappho ἐρεύγεσθαι pomum scribere poterat in nuda arboris descriptione; si quis autem particulam ὡς genuinam esse sibi persuasit, vel sic ἐρεύγεται commodum erit, si cum pomo, quod extremo in ramo truditur, μαστοὶ κυδωνιῶντες collati fuerint.

XXXVI.

Scholiasta Sophoclis Electr. 149. Λιὸς ἄγγελος ἡ ἀηδών, ὅτι τὸ ἔαρ σημαίνει. Ὅμηρος· (Odyss. τ. 518.) Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη, χλωρηΐς ἀηδών, Καλὸν ἀείδῃσιν, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο..... καὶ Σαπφώ·

Ἦρος ἄγγελος, ἱμερόφωνος ἀηδών.

Veris nuncia, dulcisona luscinia. Eadem habet Suidas v. ἀηδών. Bentleio autem in Gaisfordi ad Hephaest. annotat. p. 39. placet: Ἦρος ἄγγελ', ἱμερόφων' ἀηδοῖ.

XXXVII.

Hephaestio p. 42. Τὸ Αἰολικὸν τετράμετρον ἀκατάληκτόν ἐστι τοιοῦτον·

Ἔρος δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ,
γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον.
Ἄτθι, σοὶ δ' ἐμέθεν μὲν ἀπήχθετο
φροντίσδην, ἐπὶ δ' Ἀνδρομέδαν ποτῇ.

Amor rursus me, qui artus solvit, agitat, dulcamara intractabilis belua. Tibi autem, Atthi, me curare invisum est, ad Andromedam vero volas. Exhibent Brunckius Anall. T. I. p. 57. et Hermannus Elem. doctr. metr. p. 362. Ἔρως cum Turnebo Stephanus et Ursinus: alterum in ed. Iunt. est, et teste Koenio ad Gregor. p. 608. in margine libri Vossiani, qui Leidae asservatur, e codd. adscribitur: In δ' αὖτε, si modo ab his versibus carmen incipiebat, latere videtur δὴ αὖτε, de quo in I, 18. diximus. Deinde ex cod. Farnes. Ursinus p. 285. haec prodit: μ' ὄλλυσι μελίσδων, a quibus ed. Iunt. sola scriptura μελήσδων εἰ discrepat. Ursinus ad Virgil. Ecl. 2, 68. tamquam ex codd. αὖτ' ἐμὸς λυσιμελὴς δονεῖ. Cum vocabulo γλυκύπικρος Ursinus confert Catull. 64, 95. 68, 18. Similiora sunt Plautina, Cist. I, 1, 71. Pseud. I, 1, 61. II, 4, 1. a Gesnero annotata Thes. Latin. v. *dulcamarus*. Pro ὄρπετον Portus ὄρνεον, Barthius ὀρνίθιον, Rutgersius V. L. IV, 6. et Reinesius V. L. III, 9. ἑρπετόν: quocum significatu congruere, dialecto differre nostrum cum Dorvillio Vanno crit. p. 523. vidit Koenius ad Gregor. p. 605. Deinde Ἄτθι ex codd. C. M. pro vetere Ἄτθις Gaisfordus, Blomfieldus, Hermannus. Versu postremo libri veteres φροντὶς δ' ἦν, non multo melius Dorvillius, Brunckius, Volgerus, item Huschkius ad Tibull. II, 3, 31. φροντὶς δὴν, nostrum cum Bentleio Gaisfordus, Blomfieldus, Hermannus. Qui eiusdem emendationem ultimi vocabuli susceperunt, ex codd. C. M. haustam: ceteri libri ποτέ, Volgerus πόκα.

XXXVIII.

Hephaestio p. 41. *Τὸ Αἰολικὸν τετράμετρον καταληκτικὸν εἰς δισύλλαβον·*

Θυρωρῷ πόδες ἑπτορόγυιοι,
τὰ δὲ σάμβαλα πεντεβόηα,
πίσυγγοι δὲ δέκ' ἐξεπόνασαν.

Ianitori pedes septem ulnarum, soleae ex quinque boum coriis factae, ac sutores decem elaborarunt. Sapphoni fragmentum vindicat Demetrius de elocut. 167, iam ab Ursino advocatus p. 287. *Σκώπτει Σαπφὼ τὸν ἀγροῖκον νυμφίον καὶ τὸν θυρωρὸν τὸν ἐν τοῖς γάμοις.* Fortasse eundem locum significat Synesius, cuius verba vide fragm. CX. De hoc ianitore Pollux III, 3, 42. *Καλεῖται δέ τις τῶν τοῦ νυμφίου φίλων καὶ θυρωρὸς, ὁ ταῖς θύραις ἐφεστηκὼς, καὶ εἴργων τὰς γυναῖκας βοηθεῖν τῇ νύμφῃ βοώσῃ.* Versuum nostrorum initio ed. Iunt. *θυρόποδες.* Eadem cum codicibus plerisque *ἑπταρόγιοι*, codd. C. M. *ἑπταθορρόγυιοι*, cod. Nannianus *ἑπταόργυιοι*, Turnebus *ἑπταθόργυιοι*, et in appendice *ἑπτόργυιοι.* Quod hoc loco e librorum lectionibus eruit Hotchkisius, assentientibus Gaisfordo, Blomfieldo, Hermanno, sine codicum auctoritate Aristophani reddiderunt Burneius et Hotchkisius, Av. 1131, Pindaro Hermannus Boeckhiusque, Pyth. 4, 228, adhibitis testimoniis Etym. M. p. 633, 5. *Ὀρόγυια*] *ὀρέγω τὸ ἐκτείνω, ὁ μέσος παρακείμενος ὤρεγα, ἡ μετοχὴ ὠρεγώς, τὸ θηλυκὸν ὠρεγυῖα, συστολῇ καὶ τροπῇ ὀρόγυια·* et Photii Lex. *Ὀρογυίας λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ, οὐχὶ ὀργυίας. Ἀριστοφάνης.* Vs. 2. Turnebus *σύμβολα πενταβόεια: σάμβαλα* pro *σάνδαλα* apud Eumelum, Pherecydem, Nonnum positum ex grammaticorum auctoritate et meliorum codicum fide tuentur Toupius App. nott. in Theocr. p. 4. Iacobsius in Anth. Pal. p. 190. Boeckhius Expl. Pind. Pyth. 4, 75. Deinde *πεντεβόεια* plerique: Aeolicam scripturam servarunt codd. C. M. *Πισύγγων* nomen exstat in versibus Alexandri Aetoli apud Athen. XV. p. 699. c. a Comicorum nonnullis, ut Pollux VII, 21,82. scribit, *τοῖς τὰ ὑποδήματα ῥάπτουσιν* impositum.

XXXIX.

Etymologicum Magnum p. 117, 15. *Ὦρος καὶ ἄωρος, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ᾱ μηδὲν πλέον σημαίνοντος· ὦρος γὰρ ὁ ὕπνος. Καλλίμαχος, Πολλάκι καὶ κανθῶν ἤλασα ὦρον ἄπο· καὶ Σαπφώ·*

Ὀφθαλμοῖς δὲ μέλας χὐτ' ἄωρος.

ἢ ἄωρον τὸν ὕπνον, τὸν μηδενὸς φροντίζοντα· ὥρα γὰρ ἡ φροντὶς, ἔνθα (scr. *ἔνθεν*) *καὶ ὀλίγωρος. ἢ τὸν ἀώριον γινόμενον τῆς νυκτός. οἱ δὲ τὸν ἀφύλακτον· ὥρα γὰρ ἡ φυλακὴ, ἔνθεν καὶ παρὰ Ἀττικοῖς οἱ ὧροι.*

Ex codice Augustano, apud Reiserum p. 88. n. 65. notato, Tittmannus praefat. ad Zonar. p. 124. hanc lectionis varietatem prodidit: *ἠλάσασα* pro *ἤλασα*, ac deinde haec: *καὶ Σαπφώ· νυκτὸς ἄωρον· τὸ δ' ἄωρος ὕπνος δύναται εἶναι, καὶ κατὰ στέρησιν τοῦ ᾱ, καὶ ἀπὸ τοῦ ὥρα, ἡ φροντίς. οἱ δὲ φυλακτόν· ὥρα γὰρ ἡ φυλακή.* Nisi tam similis esset haec expositio eius, quae in Etym. M. prostat, facile quis Sapphonis verba in cod. August. inventa ab eo fragmento, quod ex Etym. M. adscripsimus, discernenda putaverit, quum ipsa

dictio *νυκτὸς ἄωρον* cum his, quae in vetere Lexico in Bekkeri Anecdd. Gr. p. 476. memorantur, *ἀώριον τῶν νυκτῶν* et *ἀώριον νύκτωρ*, possit comparari. Quum vero Lexici Augustani et Etymologici Magni auctores non ipsis veterum scriptorum libris, sed iisdem vetustiorum grammaticorum excerptis usos esse pateat, verborum *νυκτὸς ἄωρον* non censemus aliam in Sapphonis libris sedem fuisse, sed e nostris *χύτ' ἄωρος* proclivi describentis errore enata esse. Sed *ἄωρος* ab *ὥρᾳ* potius an ab *ὥρᾳ* derivatum sit, veteres dubitasse, ex Etym. M. cognoscitur. Quod enim grammaticus ex eiusdem significationis vocabulo *ὥρος* ait ortum habere, ad hoc ipsum *ὥρος* tuendum nihil efficitur versu Callimachi, ubi Hemsterhusii emendatio, *ἤλασ' ἄωρον* scribentis, molesti hiatus vitandi caussa necessaria est. Ac diffidimus aliquantum Hesychii glossis: *Ἄορος, ἄϋπνος· Μηθυμναῖοι. Ἄωρος, ἡ νὺξ, ἢ ἀπὸ ὠκεανοῦ.* Nam prior in hanc formam fortasse corrigatur: *Ἄωρος, ὁ ὕπνος*, altera si ad Callimachi istud fragmentum iure ab Is. Vossio relata est, et ipsa caret fundamento. Si vero nostrum vocabulum ab *ὥρᾳ* deducimus, ad Sapphonis versum illustrandum plane sufficit, significatio noctis, de vocabulis *ἀωρία* et *ἀώριον* testata, etiamsi non tenebrae nocturnae, sed caligo, quae somniculosorum oculis offunditur, cogitanda est, sicut apud Homerum iis, qui letali vulnere icti sunt, *ὄσσε κελαινὴ νὺξ ἐκάλυψεν* vel *ὄσσε νὺξ ἐκάλυψε μέλαινα*, vel aliquem *κατ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν*. Ac simul apparet, cur grammatici et hoc versu et apud Callimachum de somno positum nomen dixerint. Ipse somnus non facile *μέλας* appellatus fuerit, neque nomen *ἄωρος* credimus a significatu securi in locum substantivi et notionem somni transiisse. Hinc versum sic interpretamur: *Oculis vero atra offusa est caligo.*

XL.

Apollonius de Pronom. p. 126. *Τὸ σφὶ σὺν τῷ ᾶ λέγεται παρ' Αἰολεῦσιν·*

Ὅτα πάννυχος ἄσφι καταγρεῖ, Σαπφώ.

Quando per totam noctem iis occupat. In Is. Vossii Excerptis p. 431. scriptum est *ᾶ σφι*, quod correxit Sturzius. *Καταγρεῖ* pro *καθαιρεῖ*, ut *ἀγρεῖ* II, 14. Ceterum supple *ὕπνος ὄμματα*, vel si forte hic versus proximum fragmentum excipiebat, *φρένας*.

XLI.

Galenus Protrept. c. 8. *Ἄμεινον οὖν ἐστιν, ἐγνωκότας τὴν μὲν τῶν μειρακίων ὥραν τοῖς ἠρινοῖς ἄνθεσιν ἐοικυῖαν, ὀλιγοχρόνιόν τε τὴν τέρψιν ἔχουσαν, ἐπαινεῖν καὶ τὴν Λεσβίαν λέγουσαν·*

Ὁ μὲν γὰρ καλὸς ὅσσον ἰδεῖν πέλεται,
ὁ δὲ κἀγαθὸς αὐτίκα καὶ καλὸς ἔσται.

Alter quidem pulcher est, quantum videas, sed bonus statim etiam pulcher erit. Apud Galenum scribitur *ὅσον*: metri caussa correxit Blomfieldus. Dictionis vis haec est, *visu tenus*. Deinde *καὶ* vocula in verbis *ὁ δὲ κἀγαθὸς* Latina versione reddi non potuit: Graece dici *καὶ σοὶ ξυνδοκεῖ ἅπερ καὶ ἐμοί*, demonstravit Heindorfius ad Plat. Parmen. 72. et ad Phaedon. 23. Sapphonis autem versus non differt ab hac loquendi ratione: *ὃς δὲ καὶ ἀγαθός ἐστιν, ἐκεῖνος καὶ καλὸς ἔσται.*

XLII.

Hephaestio p. 64. *Καὶ τετράμετρα δὲ ἀπὸ μείζονος ἰωνικὰ ἀκατάληκτα διαφόρως συνέθεσαν καὶ γὰρ τρισὶν ἰωνικαῖς μίαν τροχαϊκὴν τὴν τελευταίαν ἐπήγαγον· καλεῖται δ' Αἰολικὸν, ὅτι Σαπφὼ πολλῷ αὐτῷ ἐχρήσατο, οἷον·*

Εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἀπαλᾶς Γυρίννως,
ἀσαροτέρα σοῦ δ' ἄμ' ἐπώραναν σέθεν τυχοῦσα.

Μνασιδίκα deest ed. Iunt. et multis codd. Deinde ed. Iunt. *γυρίνω*, ed. Turneb. *γυρήνω*; cod. C. *γηρίνως*, dubitat tamen Gaisfordus, an ille *γηρίνω καὶ* exhibeat; cod. N. *ἀργυρίννω*; cod. H. *γυρίννω*, idemque legitur apud Longinum, qui et ipse fragm. 3, 4. versu priore tamquam exemplo metri Ionici a maiore utitur, de ceteris a vulgata apud Hephaestionem scriptura non dissentiens. Longini loco Choerobosci verba *περὶ τῶν εἰς ῶ* in Aldi Cornu copiae p. 268. inventa apponit Toupius, quibus Sapphonis fragmento XCI. praemissis haec ille addit: *Καὶ πάλιν· Εὐμορφοτέρα Μναΐδος καὶ τᾶς ἀπαλᾶς Πυρινῶς.* Quae sic scripta reperit Fulv. Ursinus in margine epistolae Ovidianae Heroid. 15. *Κεφαλὴν ἀμορφότερος, Μναΐδος, καὶ τᾶς ἀπαλᾶς Πυρίνω. Μναΐδος καὶ* et *Πυρίνω* idem in ipso Sapphonis versu scripsit, simul autem monet, in cod. Farnes. Hephaestionis *Γυρίνω* legi, quod nomen cum Maximi Tyrii dissert. XXIV. Gyrinna comparat. Flexum vocabuli notavit Etym. M. p. 243, 51. laudatum Toupio: *Γυριννὼ, ὄνομα κύριον Λεσβίας κόρης· εἴρηται παρωνύμως παρὰ τὸ γυρίνος, ὃ δηλοῖ τὸν βάτραχον, Γυριννὼ, ὡς ἔρατος, Ἐρατὼ, καὶ κλέος, Κλεὼ καὶ Κλειώ.* Confer Hesychium vv. *Γοργὼ* et *Ἐμβλώ*. Stephanus *Μνασιδίκα* et *Γυρήνω*. Cum Toupio plerique *Γυριννῶς*, recte, quantum ad casum vocabuli attinet, et facile ō de terminatione ῶς excidere, patet ex Bastii Comm. palaeogr. p. 798; de accentu non erat apud Aeolensem poetriam librorum auctoritas deserenda. Sed Volgerus suo sibi iure reposuisse videtur *Γυρίννας*. Eidem quod placuit, *Μναΐδος καὶ*, vitiosum esse, metri ratio ab Hephaestione exposita arguit. In versu altero supra posuimus ed. Iunt. lectionem, quae eadem est codd. B. H., nisi quod in posteriore scribitur *τυχοῖσα*. Cod. N. *ἀσαροτέρα σοῦ δ' ἄμ' ἐπ' ὤρανε σέθεν τυχοῖσα*, a quo hactenus discedit Ursinus, ut puncto medio in prima voce posito scribat *ἐπ' ὠράνα*, dum e cod. Farnes. prodit *ἐπ' ὠράναν*. Cod. C. *ἀσαρωτέρα σουδαμὰ πωρανα σέθεν τυχοῖσαν*. Stephanus, *ἀσσαροτέρας, οὐδ' ἅμα πώρανα σέθεν τυχοῖσαν*. Primum eius versus vocabulum illustrat Scholiasta: *Τὸ ασαροτε δεύτερος παίων· συστέλλουσι γὰρ οἱ Αἰολεῖς τὸ ᾱ, ὡς ἐν τῷ Μή μ' ἄσαισι μηδ' ἀνίαισι.* Quo testimonio usi sumus in I, 3. Neglecta secundae syllabae mensura Ursinus et Volgerus derivant a verbo *σαίρω*, suumque *ἄσαρος* interpretantur, *in quo naturalis insit, non fucatus nitor.* Reliqua antequam corrigantur, quaerendum est, utrum apud Sapphonem versuum istorum alter alterum exceperit, an nullo sententiarum nexu cohaereant. Etsi autem Hephaestio aliquoties duo eiusdem metri exempla coniunxit, inter quae nulla animadvertatur sententiarum communio, sunt tamen ea fere talia, quae singula alius formae versibus admiscebantur: quibus ex metris universa carmina composita videbat, eorum si plures versus adscribit, continuos dare solet. Accedit, quo versuum nostrorum continuatio confirmetur, quod uterque incipit a comparativo, et eorum nominum, quae non inepte inter se referri potuerint. Formosior praedicatur puella quaedam quam alia inter aequales

insignis: eandem facile credas maestiorem dici vel omnibus vel una, quae praeter ceteras abiecto animo notabilis fuerit. Itaque si statuerimus, sententiam versus prioris in alterum porrigi, cum nominativo vel vocativo *Μνασιδίκα* apte construetur verbum *τύχοις ἄν*, quod e lectione cod. C. et Stephani elicuit Blomfieldus. A verbo *τύχοις* aptus est genitivus *ἀσαροτέρας*, sequente adverbio *οὐδαμᾶ*, qua de scriptura consentiunt Gaisfordus et Blomfieldus. Restant haec, *πώρανα, ἐπ᾽ ὠράνα, ἐπ᾽ ὠράναν, ἐπώραναν, ἐπ᾽ ὤρανε.* Gaisfordus et Blomfieldus *πω ῾ραννὰ*, quo reposito ille totum versum sic interpretatur: *Fastidiosae magis, neque adhuc tui, o amabilis, compos facta sum.* Uterque enim hunc versum ab altero seiungit, alioqui non fuissent istam compellationem probaturi; ne nunc de vocali *ᾱ* correpta disceptemus. Quum autem integra sententia depravatae illae litterae omitti possint, tale iis vocabulum videtur contineri, quo vis unius ex reliquis amplificata sit. Velut si scribatur:

Εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἀπαλᾶς Γυρίννως
ἀσαροτέρας οὐδάμ᾽ ὑπωράνια σέθεν τύχοις ἄν.

Formosior quum sis, Mnasidica, quam tenera Gyrinno, maestiorem nusquam sub caelis temet ipsa repereris. Synizesin vocalium ᾱα tetigimus in fragm. XXVI; ipsum Hephaestionem et hoc loco et fragm. LII. metri caussa ᾱᾱ scripsisse existimamus, sicut apud Virgilium Aen. VI, 33. *omna* nonnullos protulisse tradit Maximus Victorinus p. 1960. Potestate par est hoc *ὑπουράνια* dictioni Sophistis frequenti *τῶν ὑφ᾽ ἡλίῳ* vel *ὑφ᾽ ἥλιον*, quam illi coniungunt cum *οὐδείς, μόνος* et cum superlativis. Iidem scribunt *πάντες, πᾶσα ἡ ὑπὸ τὸν ἥλιον.* Breviter hoc genus loquendi explicuit Dorvillius ad Charit. p. 511. 530. Sic Euripides Alc. 151: *γυνὴ ἀρίστη τῶν ὑφ᾽ ἡλίῳ μακρῷ.* Similius etiam D. Lucas Act. Apost. 2, 5. *ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν.* Quod licet is ex Hebraica ratione loquendi mutuatus sit, at Homerus eadem vi Odyss. *ι.* 264. *Τοῦ δὴ νῦν γε μέγιστον ὑπουράνιον κλέος ἐστίν.* Et Iliad. *κ.* 212. *Μέγα κέν οἱ ὑπουράνιον κλέος εἴη Πάντας ἐπ᾽ ἀνθρώπους.* Contra vim particulae plerique interpretantur gloriam, quae caelum attingat; immo iunge *μέγιστον ὑπουράνιον, ὑπουράνιον ἐπὶ πάντας*, ipsumque *κλέος ὑπουράνιον* tale est, quale dicitur Iliad. *η.* 451. 458. *ἔσεσθαι, ὅσον τ᾽ ἐπικίδναται ἠώς.* Sed Hermannus Elem. doctr. metr. p. 432. 442. scripsit: *Εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἀπαλᾶς Γυριννῶς ᾽Ασαροτέρας, οὐδ᾽ ἄμ᾽ ὀπωραῖα, σέθεν τυχοῖσα.* Sic, inquit, scripsisse videtur Sappho, semet ipsam consolans exemplo Mnasidicae, quam, licet et formosiorem et adhuc ipso flore aetatis gaudentem, superbius etiam tractaverit Gyrinno.

XLIII.

Athenaeus XV. p. 687. a. ex Clearchi de vitis libro tertio haec excerpsit: *῾Υμεῖς δ᾽ οἴεσθε τὴν ἁβρότητα χωρὶς ἀρετῆς ἔχειν τι τρυφερόν; καίτοι Σαπφὼ, γυνὴ μὲν πρὸς ἀλήθειαν οὖσα καὶ ποιήτρια, ὅμως ἠδέσθη τὸ καλὸν τῆς ἁβρότητος ἀφελεῖν, λέγουσα ὧδε· ᾽Εγὼ δὲ φίλημι ἁβροσύναν, καί μοι τὸ λαμπρὸν ἔρος ἀελίω καὶ τὸ καλὸν λέλογχε· φανερὸν ποιοῦσα πᾶσιν, ὡς ἡ τοῦ ζῆν ἐπιθυμία τὸ λαμπρὸν καὶ τὸ καλὸν εἶχεν αὐτῇ. ταῦτα δ᾽ ἐστὶν οἰκεῖα τῆς ἀρετῆς.*

Libri veteres editi *φιλήμμι*, cod. Schweighaeuseri *φίλημμι*. Ipse editor cum Cantero *φίλημι*, quod iam Stephanus et Ursinus habent. Dein legebatur *ἔρις*: *ἔρος*, ex emendatione Canteri a Casaubono repositum, Schweighaeuserus invenit in cod. A. Stephanus coniunctim *ἐροσαελίῳ*, separavit Ursinus. Et ab Athenaeo quidem *ἔρος* scriptum esse, apparet ex interpretatione subiecta *ἡ τοῦ ζῆν ἐπιθυμία*. A Sapphone cupiditatem vivendi dictam esse desiderium solis, aegre credimus; *τὸ λαμπρὸν καὶ τὸ καλὸν* connexa iterato articulo, praesertim interiectis verbis *ἔρος ἀελίῳ* seiuncta, tolerari non magis possunt; postremo sententia, qua Sappho sibi dicat vitae cupiditatem honestum sortitam, cum eoque naturali vinculo coniunctam esse, minus clare expressa est, si hoc putatur indicasse, honestatis studio sibi vitae cupiditatem temperari: id quod ne ipsum quidem cum sententia a Clearcho praedicata plane convenit, qua non sustinuerit a suavitate honestatem separare. Quum autem manifestum sit *τὸ καλὸν* et *τὸ λαμπρὸν* segreganda, et pro nomine *ἔρος* aliud quaerendum esse, quocum genitivus *ἀελίῳ* construatur: cuivis facile ex Epicorum Tragicorumque lectione succurrat formula *λαμπρὸν φάος ἀελίῳ*. Qua emendatione probata, *λέλογχε* fit intransitivum: ex duobus vero his, quae sibi contigisse poetria ait, quum sine offensione legatur *τὸ καλὸν λέλογχε*, non aeque lux solis dicitur alicui evenire, sed qui vita fruuntur, eos fere Graeci scribunt *ὁρᾶν*, *προσορᾶν φάος ἠελίοιο*, quocirca nunc quoque talem infinitivum excidisse suspiceris. Sed ita constituta haec, si directe enuncientur, inania sunt: ut Clearchi laudationi satisfiat, restringendi forma requiritur, sed particula eligenda est talis, quae, ad verba *φάος ἀελίῳ* relata, simul temporalis sit. Hoc *ὅτε* vel *ὁπότε* et ob futuri temporis cogitationem, quam postulant verba *ὁρᾶν φάος ἀελίῳ*, et ob admixtam notionem condicionis, vocabulo *τὸ καλὸν* aptam, antegresso tempore praesenti *φίλημι* construendum est cum subiunctivo. Ita sponte exsistunt versus tales:

Ἐγὼ δὲ φίλημι ἁβροσύναν, [ὁππότα] μοι τὸ λαμπρὸν
φάος [προσορῆν] ἀελίῳ, καὶ τὸ καλὸν λελόγχῃ.

Ego vero amo suavitatem, dum mihi splendidae solis lucis adspectus et honestum continget. Iam dicit Sappho, quod dixisse eam Clearchus scripsit. Quod si non congruit cum iis, quae apud scriptorem nostrum hos versus excipiunt: non temere haec videmur Athenaeo, qui in Clearchi libro corruptum vocabulum *ἔρος* legerat, orationem eius hoc additamento interpolanti tribuere, quum ipsis illis, quae Clearchus Sapphonis fragmento praemisit, aperte repugnent.

XLIV.

Athenaeus XV. p. 674. e. *Σαπφὼ δ' ἁπλούστερον τὴν αἰτίαν ἀποδίδωσι τοῦ στεφανοῦσθαι ἡμᾶς, λέγουσα τάδε· Σὺ δὲ στεφάνοις ὤδικα παρθέσθ' ἑραταῖς φόβαισι, ὄρπακας ἀννήτῳ συνεφράις ἀπαλλαγείσῃ χερσίν. εὐάνθεα γὰρ πέλεται καὶ χάρις τε μάκαιρα μᾶλλον προτέρηνα στεφανώτοισι δαπυστρέφονται. ὡς εὐανθέστερον γὰρ καὶ κεχαρισμένον μᾶλλον τοῖς θεοῖς, παραγγέλλει στεφανοῦσθαι τοὺς θύοντας.*

Στεφάνοις est accusativus Aeolicus, cum infinitivo *παρθέσθαι* constructus, qui ex veteris sermonis consuetudine imperativi vicem implet, unde non est necessarium, ut cum Casaubono *πάρθεό γ'*, aut cum Schweighaeusero *πάρθες*, *πάρθεσο*, *πάρθεο*, aut cum Volgero

πάρθεσσ᾽ scribatur. Sed ipsum verbum παρατίθεσθαι eadem de caussa reiiciendum censemus, qua ἄντα particulam expulimus ex fragm. XXVI. Coronae comis τίθενται, ἐπιτίθενται, ἀμφιτίθενται, περιτίθενται: παρατεθεῖσαι cogitari non possunt, nec facile quis evincat, Aeoles πὰρ pro περὶ protulisse. Bentleius quidem ad Horat. Carm. I, 7, 7. abstinet suspicione, dum nostrum locum simul cum versibus Senecae Med. 70. *Praecingens roseo tempora vinculo*, et Valerii Flacci III, 436. *Glaucas comis praetexere frondes*, locutioni Horatianae, *fronti praeponere olivam*, tuendae adhibet. Et apud Horatium sane eam praepositionem frontis nomen defendit; apud Valerium *praetexere comis* est, oram earum exornare; in Senecae versu, vel Ovidii Heroid. 4, 71. *Praecincti flore capilli*, simplicis verbi notio praevalet, coniuncta cum orae extremae significatione. Nullum horum nostro παρθέσθαι firmum satis praesidium affert. Praeterea nihili est ᾤδικα, neque quidquam proficitur, si cum Stephano et Ursino φόδικα scribendum opinemur. Neque enim potest pro adiectivo haberi, ut pro vocativo accepit interpres Gallicus, quasi praedicandae tali appellatione canendi peritiae reliqua ullam occasionem praebeant; neque tamquam adverbium aptius ad cantum referetur, neque vero ad similitudinem vocabuli μουσικὸς ad concinnitatem ornatus trahere licet. Et dubium est, num unquam Aeoles ᾴδω, ᾠδὸς, ᾠδὴ dixerint. Proprium puellae nomen latere intelligens Casaubonus Δωρίκα dedit, quam meretricem a Charaxo amatam tam benevole et comiter a Sapphone habitam esse, secundum locos Herodoti et Athenaei supra memoratos credi nequit. Itaque Fiorillo, Observv. in Athen. p. 64. ὦ Δίρκα: Δίρκα Volgerus quoque. Probabilius nomen alibi inter Sapphonis amicas repertum hunc in locum revocabitur, ut Μνασιδίκα e fragm. XLII. Quod si praeposita vocandi vocula in ᾤδικα decurtatum erat, mirum non est, si quis metri caussa, cuius ratio non ita obscura est, proximo verbo molestam praepositionem alleverit. Ceterum Ursinus scribit παρθέθ᾽, item Natalis Comes παρθεθερα ταῖς φόβαισι. Deinde Natalis, Stephanus, Ursinus ὄρπακας spiritu leni. Mox Natalis et codd., in quibus Schweighaeuseri A., ἀπαλλαγίη: Casaubonus non dubia coniectura ἀπαλαῖσι. Pro συνερῥαις Natalis συναίῥαϊς, Casaubonus δρέψαισ᾽, Schweighaeuserus et Volgerus συνέῥραισ᾽, id est συνείρασα. Nam Aeoles non tantum in praesentibus duplicatam liquidam praeferunt diphthongo, sed aoristos quoque ἐγέννατο, ἐνέμματο exstitisse testantur Gregor. Cor. Aeol. 11, Gramm. Meerm. Aeol. 9, cod. Vatic. in append. Greg. Schaef. p. 690. Phavor. Ecl. p. 140. Dind. Tale est ἀπέστελλαν in marmore Lampsaceno apud Koenium ad Gregor. p. 618. Indidem remansit apud Homerum ὀφέλλειεν, Iliad. π. 651. Odyss. β. 334. Ut autem metrum choriambicum redintegretur, vel ἀνήτοιο scribendum est, terminatione Thessalis et Boeotis, Aeolicis gentibus, a Grammaticis tributa, vel quoniam ea in Lesbiae dialecti reliquiis nusquam reperitur, ἀνήτω συνεέῥραισ᾽, quae verbi forma similis erit iis, de quibus Buttmannus disserit gr. plen. §. 112. ann. 23. Nostrum ἐέῥραισα nonnihil defendas Homericis ἔερτο, ἐερμένον: certe simul cum ἐείσατο, ἐέλμεθα, ἐελμένος, ἐέλπετο, ἐέρχατο, ἐεργμένος, in quibus ē pro augmento haberi possit, inveniuntur ἐειδόμενος, ἐεισάμενος, ἐέλσαι, ἐέλπεται, ἐέργει. In proximis ενάνθεα intactum relinquimus, etsi ad normam Atticae dialecti penultimam acuunt Stephanus et Ursinus. Pro χάριϛ τε Schweighaeuseri cod. A., Natalis, Stephanus, Ursinus χάριτες, quod arripiens Blomfieldus etiam μάκαιραι reposuit. Verius du-

dum Canterus, Athenaei interpretationem, *ὡς κεχαρισμένον μᾶλλον τοῖς θεοῖς*, secutus, ex vulgata lectione haec elicuit, *κεχάρισται μάκαρσι*. Sed Aeoles in vulgari quoque sermone plene efferebant *πάντεσσι τοῖς ἀγώνεσσι, ἐνεργετησάντεσσι*, quare praeferendum est *μακάρεσσι*, et ut versus similiter atque ceteri exeat, adiiciendum *θεοῖσι*, de quo nomine frequenter omisso vide Porsonum Schaeferumque ad Eurip. Phoen. 5. Porro Casaubonus ob mentionem *τῶν θυόντων* ab Athenaeo iniectam pro corrupto *προτέρην* vocabulum substituit ad sententiam loci tolerabile, *ἱερεῖα*: sed quanto venustius Sappho unum quoddam hostiarum genus nominat puellis gratissimum, *προτέλεια*, sacra ante nuptias facta, quod vocabulum illustrarunt Wesselingius ad Diod. Sic. V, 73. et Ruhnkenius ad Tim. p. 225. Absurde autem inter nomen *προτέλεια* et epitheton *εὐάνθεα* infertur *πέλεται*, quum aliud exstet verbum *κεχάρισται*: absurde Athenaeus poetriam putat eos, qui sacra faciant, exhortari, ut coronati ad aras accedant, *quia hoc sit floridius*, diisque gratius. Sappho dum puellam rogat, ut coronas comis imponat, lepido hoc utitur argumento, quod etiam hostiae illae floribus ornatae diis sint acceptiores. Hoc *etiam*, *καὶ*, ad sententiae integritatem necessarium, si eo loco, unde *πέλεται* eiicimus, insertum fuerit, metrum quoque constabit. Illud autem *πέλεται* metrico videtur deberi, postquam in parte altera turbatum erat, sic metrum restituere conanti: *Εὐάνθεα γὰρ καὶ πέλεται καὶ χάριτες μάκαιραι*. Tanto verisimilius fit, primi etiam versus particulam *πὰρ* eadem origine derivandam esse. Postrema sic cum Scaligero restituit Casaubonus: *ἀστεφανώτους δ' ἀποστρέφονται*. *Ἀπυστρέφονται* ut Aeolicum vindicavit Koenius ad Gregor. p. 586; confer fragm. XXV. Idem p. 618. primi versus *στεφάνοις* et hoc *ἀστεφανώτοις* tuetur ut accusativos Aeolicos: illud recte, huius nec metrum patitur *ῑ* finale abiici, neque praegresso nomine *προτελείων εὐανθέων*, contrarium adiectivum subiungi potest ad homines relatum. Herodotus vero IV, 28. *κεχωρίσθαι* cum dativo construit, et I, 155. scribit, *εἴ μοι ἀπεστᾶσι*. Quare eundem casum ferimus in nostro verbo. His igitur emendationibus probatis, totius fragmenti haec forma erit:

Σὺ δὲ στεφάνοις, [Μνασιδίκα,] θέσθ' ἐραταῖς φόβαισιν,
ὄρπακας ἀνήτω συνεέρραισ' ἀπαλαῖσι χερσίν·
εὐάνθεα γὰρ καὶ κεχάρισται μακάρεσσι [θεοῖσι]
μᾶλλον προτέλη', ἀστεφανώτοισι δ' ἀπυστρέφονται.

Tu vero coronas, Mnasidica, impone amabilibus comis, surculos anethi nectens teneris manibus: nam floribus ornatae etiam acceptiores sunt diis immortalibus hostiae ante nuptias immolatae, non coronatas autem aversantur. In *ἀπαλαῖσι* spiritum lenem, in *προτέλη* vocalem Aeolicam commendat depravata librorum scriptura.

Quae vero fragmenta tria disparibus caussis ab Hephaestione et Athenaeo conservata sunt, in his constituendis ita versati sumus, ut nulla in re, nisi in confirmando nomine *Μνασιδίκα* fragm. XLIV, ab altero alteri opem peteremus. Attamen non tantum metrica aequalitas in iis conspicitur, quae caussa fuit, ut continuo ordine exhiberemus, sed argumenti quoque nexu tam arto continentur, ut ex uno carmine desumpta existimemus. Cuius initium faciebat fragm. XLII; proximum locum ut fragm. XLIII. obtinuisse iudicemus, sinit argumenti ratio; cui etiamsi non continuetur fragm. XLIV, at cum nimiae maestitiae exprobratione apte

hoc convenit, quod sumptis coronis laetitiam prae se ferre eadem iubetur. Unde firmiore iam fundamento Mnasidicae nomen, fragm. XLIV. de coniectura repositum, innititur.

XLV.

Scholiasta Pindari Olymp. 2, 96. simul cum Callimachi loco hymn. in Iov. 95. 96. haec adscribit: *Καὶ Σαπφώ*

[Ὁ] πλοῦτος ἄνευ [τᾶς] ἀρετᾶς οὐκ ἀσινὴς πάροικος·
ἃ δ' ἐξ ἀμφοτέρων κρᾶσις εὐδαιμονίας ἔχει τὸ ἄκρον.

Opulentia sine virtute non innocua est accola: utriusque autem temperatio felicitatis habet summum. Libri, *πλοῦτος ἄνευ ἀρετῆς*, omissis articulis. *Ὁ πλοῦτος* et *ἀρετᾶς* idem Scholiasta in Pyth. 5, 1, ubi iterum cum Callimachi loco Sapphonis versum priorem apponit. Scholiasta recentior in Olymp. 2, 96. *Καὶ Σαπφώ· Ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετῆς οὐκ ἀγαθὸς σύνοικος*, in reliquis ab antiquiore interprete non discrepat. Hinc si verisimile est, in priore etiam veteris Scholiastae annotatione olim *ὁ πλοῦτος* scriptum, Sapphonique reddendum esse, alterum quoque nomen *ἀρετᾶς* articulum flagitat. Versu secundo vulgo *ἡ*: verba *ἐξ ἀμφοτέρων*, olim apud recentiorem tantum interpretem lecta, in vetere scholio Boeckhius restituit ex ed. Rom. codd. Gott. Vrat. D. In versum alteri similem sic redigas: *Εὐδαιμονίας δ' ἀμφοτέρων κρᾶσις ἔχῃσι τῶκρον* vel *τᾶκρον*. Et *τᾶκρον* scripserunt Ursinus et A. Schneiderus select. carm. p. 78. Plutarchus de nobilitate in Fabricii Bibl. Gr. T. XII. p. 272. eadem affert, sed in initio *εὐγένεια ἄνευ ἀρετῆς*, et in fine *ἄκρον* sine articulo habet. Ut Sappho opulentiam *οὐκ ἀσινῆ πάροικον*, sic Alciphro III, 21. lupum dicit *ἀργαλέον πάροικον*, cui Berglerus confert haec Aeliani Epist. 13. *ἄγροικος εἶ καὶ γείτοσιν οὐκ ἀγαθὸς πάροικος*. Quorum utrumque ex poeta expressum videtur.

XLVI.

Hephaestio p. 63. *Τὰ ἀπὸ μείζονος ἰωνικὰ τρίμετρα ἀκατάληκτα διχῶς συνέθεσαν οἱ Αἰολεῖς· τὰ μὲν γὰρ ἐκ δύο ἰωνικῶν καὶ τροχαϊκῆς ἐποίησαν βάσεως, οἷον·*

Κρῆσσαί νύ ποθ' ὧδ' ἐμμελέως πόδεσσιν
ὠρχεῦντ' ἀπαλοῖς ἀμφ' ἐρόεντα βωμόν.

Et p. 65. *Παρατηρεῖν δὲ χρὴ, ὅτι τὴν πρώτην τῶν τετραμέτρων συζυγίαν καὶ ἀπὸ βραχείας ἀρχομένην ποιοῦσιν, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς τριμέτροις·*

Πόας τέρεν ἄνθος μαλακὸν μάτεισαι.

Cressae fere aliquando sic concinne pedibus saltabant delicatis amoenam circa aram, teneram graminis herbam molliter calcantes. Sapphoni tribuit Blomfieldus, quia proxime antecedunt versus, ab Hephaestione nominatim ei adscripti, sequuntur alii, quos eidem partim Hephaestionis testimonium assignat, partim argumenti metrique ratio assignari iubet. Iungendum tertium versum superioribus observavit Laur. Santenius ad Terent. Maur. p. 118. Vulgo *ὠρχεῦνθ' ἀπαλοῖς*, sed cod. H. *ὠρχεῦντ'*, ed. Iunt. *ἀρχεῦντ' ἀπαλοῖς*, cod. C. *ὠρχεῦθ'*. Hermannus Elem. doctr. metr. p. 442. *ἀμφ' ἀρόεντα βωμόν*. Versu ultimo vulgo *μάτεισαι*, quod est in codd. D. H., et ut scribit Santenius, in alio codice, ed. Iunt. et

append. Turnebi; ex ed. Iunt. et cod. B. Gaisfordus prodidit *μάτοισαν*. Nostrum, de quo in I, 19. dictum, depromitur ex cod. C. et Turnebi exemplo. Sed Scaliger ad Varron. de L. L. V, 19, Blomfieldus, Hermannus Elem. doctr. metr. p. 444. 454. *ματεῦσαι*, Hermannus praeterea *ποίας*. Quod autem Scaliger l. c., Columna p. 183, Hermannus p. 454. hunc versum expressum putant Ennii versu, quem Varro servavit: *Ibant malacam viere Veneriam corollam*, ita ut *ματεῖν* sit *quaerere*, ut alibi *ματεύειν*, id propter positum epithetorum potestatis simillimae *τέρεν* et *μαλακὸν* posthabuimus ultimi verbi interpretationi a Santenio inventae, qui apposite laudat Hesychii glossam: *Ματεῖ, πατεῖ*, et Ioannis Grammatici p. 385. annotationem: *Οἱ Αἰολεῖς τιθέασι τὸ μ̄ ἀντὶ τοῦ π̄· πατεῖς ματεῖς, πατοῦσα ματοῦσα*. Adde Koenium ad Gregor. p. 282. Prorsus ut hoc loco est *πόας τέρεν ἄνθος*, Homerus Odyss. *ι*. 449. *τέρεν᾽ ἄνθεα ποίης*, Apollonius Rhodius I, 1143. III, 898. *τερείνης ἄνθεα ποίης*. Sed cum toto fragmento Spanhemius ad Callim. in Del. 306. composuit Apollonii locum I, 536 seqq. *Οἵ δ᾽, ὥστ᾽ ἠΐθεοι Φοίβῳ χορὸν ἢ ἐνὶ Πυθοῖ, Ἢ που ἐν Ὀρτυγίῃ, ἢ ἐφ᾽ ὕδασιν Ἰσμηνοῖο Στησάμενοι, φόρμιγγος ὑπαὶ περὶ βωμὸν ὁμαρτῇ Ἐμμελέως κραιπνοῖσι πέδον ῥήσσωσι πόδεσσιν· Ὣς οἵ ὑπ᾽ Ὀρφῆος κιθάρῃ πέπληγον ἐρετμοῖς Πόντου λάβρον ὕδωρ*. Quales has Cretenses puellas Sappho carmine describit, tales pictura exhibitas ostendit Philostratus Imagg. II, 1, Veneris ex mari ortum choreis celebrantes, dum *ἀννυποδησίᾳ χαίρουσιν, ἐφεστῶσαι ἁπαλῇ πόᾳ*, et magistra *κροτεῖ τὰς χεῖρας καὶ ἐς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐμβιβάζει*. Ara vero *δοκεῖ καὶ Σαπφοῦς τι ἀναπνεῖν*, et gestus saltantium declarant, deam ortam dici ex Caeli semine, prodeuntem ex mari, eoque sereno; suntque cantaturae Paphum appulsam. Mirificam tabulam, quae haec omnia expresserit; egregium interpretem, qui singula animadverterit, nulla ipsius artificis explanatione monitus. Putidae affectationis Philostratum iure incusaret Welckerus, nisi Sapphonis is locum imitatus esset, ut opinatus est Frid. Iacobsius. Ex eodem carmine fortasse scriptor noster desumpsit vocabulum *μελίφωνοι*, quod his puellis imponit: de quo dicimus fragm. CXX. Quominus autem Sapphonem hoc in carmine Hesiodeam de Veneris stirpe fabulam censeamus secutam esse, non impedit hoc, quod carm. I, 2. Iovis filiam dicit, quae fragm. LIII. eandem Cypri genitam appellaverit.

XLVII.

Athenaeus XIII. p. 571. d. *Καλοῦσι γοῦν καὶ αἱ ἐλεύθεραι γυναῖκες ἔτι καὶ νῦν καὶ αἱ παρθένοι τὰς συνήθεις καὶ φίλας ἑταίρας. ὡς ἡ Σαπφώ· Τάδε νῦν ἑταίραις ταῖς ἐμαῖς τερπνὰ καλῶς ἀείσω.*

In eiusdem rei documentum Athenaeus adiicit fragm. LXVII. Choriambicos numeros in altera parte versus perspicuos prioribus verbis Blomfieldus restituit sic refictis, *ἑτάραις ταΐσιν ἐμαῖς*, probante Hermanno Elem. doctr. metr. p. 436. Nos cur hunc articuli positum aegre feramus, explicatum est in fragm. V; quapropter hoc praeferimus:

Τάδε νῦν ἑτάραις ταισίδ᾽ ἐμαῖς τερπνὰ καλῶς ἀείσω.

Haec nunc apud amicas hasce meas grata pulchre cantabo.

XLVIII.

Demetrius de elocut. c. 142. *Γίνονται δὲ καὶ ἀπὸ λέξεως χάριτες, ἤγουν ἀπὸ μεταφορᾶς, ὡς ἐπὶ τοῦ τέττιγος· Πτερύγων δ' ὑποκαχλάζει λιγυρὰν ἀοιδὰν, ὅ,τι ποτ' ἂν φλόγιον καθέταν ἐπιπτάμενον καταυδείῃ.*

Omisso nomine poetae citatum Sapphoni fragmentum tribuunt Stephanus et Blomfieldus, cuius alia proxime antegressis capitibus Demetrius exhibet. Aldus *ὑποκαταχέῃ* et *καταυδείῃ*. Cod. Cantabrig. *ὑπὸ καταχέει*, et *ἐπὶ πάτταλον* pro *ἐπιπτάμενον*. Metro adversatur *ὑποκαταχέει*, quod retinent Stephanus, ac Wernsdorfius ad Himer. Orat. 21, 7. Admissa forma praepositionis Aeolibus imprimis frequente, versus prior emendatione alia non indigebit. Alterius corrigendi viam monstravit Schneiderus, comparato loco Hesiodeo Op. et D. 580. seqq. *Ἠχέτα τέττιξ Δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύει ἀοιδὴν Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ, ... ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει.* Hinc probabile est, in fine scribendum esse *καταύῃ*, quod cum particula *ὁππότ' ἂν* construatur, a Blomfieldo recte reposita pro absono relativo pronomine. Sed *ἐπιπτάσθαι* Sirius nequit dici, si quis forte hunc *φλόγιον ἄστρον* appellatum putaverit: adurens nescio quid ingruit et quasi involat *φλόγιον ἄημα*, cuius vocabuli pars prior remanet in exitu depravati *καθέταν*. Cuius in litteris prioribus *καθέτ* non ita difficile est agnoscere *καρπ*. Reliquum est, ut choriamborum gratia pro *ἐπὶ* scribatur *ἐν*. Itaque sic videtur totum fragmentum restitui posse:

Πτερύγων δ' ὑποκαχλάζει λιγυρὰν ἀοιδὰν,
ὁππότ' ἂν φλόγιον καρπὸν ἄημ' ἐμπτάμενον καταύῃ.

Sub alis effundit cantum argutum, quando aestiferum segetes flamen involans adurit. Quamquam alia non succurrunt exempla, ubi in hac clausula disparis longitudinis versus choriambici coniuncti sint. Ut hoc loco est *πτερύγων ὕπο*, ita in hymno Homer. 20, 1. *κύκνος ὑπὸ πτερύγων λίγ' ἀείδει*. *Φλόγιος* Aeolicum esse pro *φλόγεος*, docuimus in fragm. V. De nudo *καρπὸς* vide Iliad. *α*. 156. Odyss. *η*. 104. Hesiod. O. et D. 504. 773. Aliae sunt emendationes H. Stephani, a Galeo memoratae: *ὅ,τί ποτ' ἂν φλόγιον καθ' ὥραν ἐπιπτάμενον καταυλίοι*, vel *φλόγιον καθέτως ἐπιπτάμενον καταυδείῃς*. Ipsius Galei: *ὅ,τί ποτ' ἂν φλόγιον καθ' ὥραν ἐπὶ πάτταλον καταυδείῃ*. Schneideri: *ὅθι ποτ' ἂν φλόγιον καθ' ὥραν ἐπιπτάμενον καταυλείῃ*. Blomfieldi: *τῶν πτερῶν δ' ὑποκαχλάζει τὰν λιγυρὰν ἀοιδὰν, ὁππότ' ἂν φλογερὰν κατ' ὥραν πτάμενον καταυδῇ*.

XLIX.

Servius ad Virgil. Georg. I, 31. *Generum pro marito positum multi accipiunt, iuxta Sappho, quae in libro, qui inscribitur Ἐπιθαλάμια, ait:*

Χαῖρε, νύμφα,
χαῖρε, τίμιε γαμβρέ, πολλά·

ἀντὶ τοῦ νυμφίε. Sic et Pindarus ἐν τοῖς Ἰσθμίοις.

Salve, sponsa, salve multum, venerande sponse. Pollux III, 3, 31. *Σαπφὼ καὶ τὸν ἄνδρα αὐτὸν γαμβρὸν καλεῖ.* Lex. Rhet. in Bekkeri Anecdd. Gr. p. 228. *Γαμβρὸν τὸν νυμφίον Αἰολεῖς.* Servii de Pindaro annotationem ad Isthm. 3, 78. refert Dissenius. Apertior

est ea vocabuli significatio Olymp. 7, 4. ubi vide Boeckhii explicationes, eademque pluribus Sapphonis locis confirmatur. Minus apte ad sententiam Volgerus versus in priore χαῖρε distinxit.

L.

Hephaestio p. 52. *Τετράμετρα δὲ χοριαμβικὰ καταληκτικὰ, ἃ καὶ τῶν τριμέτρων συνεχέστερά ἐστιν, οἷα ταυτὶ τὰ Σαπφοῦς·*

Δεῦτέ νυν, ἁβραὶ Χάριτες, καλλίκομοί τε Μοῖσαι.

Adeste, molles Gratiae, pulchrisque comis Musae. Servius Centim. p. 1822. *Choriambicum Sapphicum constat trimetro et amphibracho, ut est hoc: Dulcisonae Pierides versifico favete.* Et apud Atilium Fortunatianum Ursinus p. 281. testatur nostrum fragmentum, ex Hephaestione descriptum, legi; in Putschii autem exemplo p. 2703, postquam Horatius dictus est Carm. I, 8. alterius versus pede primo constanter choriambum evitasse, Grammaticus pergit: *Secundum colon Anacreon sic .... Sappho sic ....* ipsa poetarum verba exciderunt. In hoc veterum metricorum consensu non debebant Gaisfordus et Blomfieldus codicis C. scripturam *δεῦτε νῦν* amplecti, quamquam apud Ursinum quoque ea reperitur. Neque haec erat mens Bentleii, ad quem illi provocant, qui in conspectu metrorum Horatianorum *νῦν* ideo scripserit, ut Graecum versum haberet Horatiano illi similem, nec dubitaverit de nostri exempli mensura, dum Alcaeum et Sapphonem alibi primum pedem epitritum fecisse, persuasum se habere ait. Cum nostro *ἁβραὶ χάριτες*, ita enim in annotatione excusum est, Ursinus comparat Horatii *Gratias decentes*, Carm. I, 4, 6.

LI.

Demetrius de elocut. c. 140. *Αἱ ἀπὸ τῶν σχημάτων χάριτες δῆλαί εἰσι, καὶ πλεῖσται παρὰ Σαπφοῖ· οἷον ἐκ τῆς ἀναδιπλώσεως, ὅπου νύμφη πρὸς τὴν παρθενίαν φησί· Παρθενία, παρθενία, ποῖ με λιποῦσα οἴχῃ; ἡ δὲ ἀποκρίνεται πρὸς αὐτὴν τῷ αὐτῷ σχήματι· Οὐκέτι ἥξω πρός σε, οὐκέτι ἥξω. πλείων γὰρ χάρις ἐμφαίνεται, ἢ εἴπερ ἅπαξ ἐλέχθη καὶ ἄνευ τοῦ σχήματος. καίτοι ἡ ἀναδίπλωσις πρὸς δεινότητας μᾶλλον δοκεῖ εὑρῆσθαι, ἡ δὲ καὶ τοῖς δεινοτάτοις καταχρῆται ἐπὶ χάριτος.*

Prioris versus metrum non est cur negemus salvum esse, cui alterum versum hac emendatione licet accommodare:

Παρθενία, παρθενία, ποῖ με λιποῖσ' οἴχῃ;
Οὐκέτι πρός σ' οὐδέποτ' ἵξω, οὐκέτι πρός σ' ἵξω.

Virginitas, virginitas, quo me deserens abiisti? Non amplius ad te unquam veniam, non amplius ad te veniam. Blomfieldus *λιποῖσ' ἀποίχῃ*. Koenius ad Gregor. p. 585. commendat *περσέ* vel *πρέσσε*, tamquam Aeolicum pro *πρός σε*. Nihil mutat de vulgata lectione A. Schneiderus select. carm. p. 52.

LII.

Hephaestio p. 66. *Ὅλα ᾄσματα γέγραπται ἰωνικὰ παρὰ Σαπφοῖ· Τί με Πανδιονὶς ὠράνα χελιδών.*

Ex nostro fragmento, sed tunc integriore, conversum Latinum versiculum, quem Servius apponit Centim. p. 1823, suspicatur Laur. Santenius ad Terent. Maur. c. 4. vs. 2060. Ita enim Servius: *Ionicum Sapphicum constat trimetro acatalecto, ut est hoc: Sonat alta trabe fixus tibi nidus.* Pro *ὡράνα*, vocabulo prorsus incognito, Portus *ὡραία*, unde fortasse Turnebus suum *ὡραῖα* duxit, in appendicem coniectum, quod rursus protraxit Pauwius. Is. Vossius in margine Hephaestionis, de quo Koenius ad Gregor. p. 596, *ὡραννὰ χελιδόν*, quasi *ὦ ἐραννά*. Arnaldus quoque et Dorvillius *ὦ ῥαννά*, quod probabile videtur Blomfieldo, et Lennepio ad Terent. Maur. l. c. Vulgatum *ὡράνα* retinent Bentleius ad Horat. Carm. III, 12. et Hermannus Elem. doctr. metr. p. 471. Afferunt Hesychii glossam: *Ὡράνα, χελιδόνων ὀροφή.* Quasi vero nidulus hirundinis *ὀροφὴ* appellari possit. Ex versione Servii, *alta trabe*, verisimile fit, Hesychium scripsisse: *Ὡράνα χελιδών· ὀροφῇ.* Uti enim fragm. XLII. restituimus *ὑπωράνια*, ita hoc loco scripturae, quae metro commodior videretur, cessit vetus lectio:

Τί με Πανδιονὶς ὠράνια χελιδών.

Quid me Pandionis ad caelum usque hirundo. Confer Eurip. Bacch. 1017. *ἐλάτης οὐράνιον ἄκρον κλάδον.* Electr. 864. *οὐράνιον πήδημα.* Alia exhibet Berglerus ad Aristoph. Ran. 794. 1159. *Πανδιονὶς χελιδὼν* apud Hesiodum est, O. et D. 566. Abrupta verborum structura sic fere expleatur: *Προφυγοῦσ' οἰκία πάξαισ' ὅπα πέμπει.* Ursinus p. 290. et Is. Vossius ad Hesych. *ὡράνα* derivant ab *ὥρα* vel *ὥρα*, ut sit *verna*, collato versu Aristoph. Pac. 798. *ὅταν ἠρινὰ μὲν φωνῇ χελιδών.*

LIII.

Hephaestio p. 69. *Τῶν τριμέτρων ἰωνικῶν ἀνακλωμένων τὸ μὲν ἀκατάληκτον·*

Ζαελεξάμαν ὄναρ Κυπρογενήᾳ. παρὰ τῇ Σαπφοῖ.

Collocuta sum in somnio cum Cypride. Libri editi inde ab Iuntino *προσελεξάμην*, Schol. *προσελεξάμαν*, cod. H. a prima manu *προσεδεξάμαν*, cod. N. *προσελαβάμαν:* nostrum ex cod. C. suscepit Bentleius, assentientibus Gaisfordo, Blomfieldo, Hermanno Elem. doctr. metr. p. 464. 471. De forma $\overline{\zeta\alpha}$ pro *διὰ* posita Gaisfordus laudat Etym. M. p. 407, 7. seqq., ubi tractantur *ζάπλουτος, ζαφλεγὴς, καρζὰ, ζαμενὴς, ζάκορος:* interpretes Hesychii v. *ζαβάλλειν*, et G. I. Vossium Etym. L. L. v. Zeta. Deinde vulgo *Κυπρογενείᾳ:* nostrum Bentleius eruit e scriptura cod. C. *κυπρογέννᾳ*, probantibus Gaisfordo, Blomfieldo, Hermanno. Male plerique interpretantur: *Dormivi una cum Venere;* male Blomfieldus: *Narravi somnium Veneri.*

LIV.

Herodianus *περὶ μονήρους λέξεως* p. 39. in exemplis *τῶν εἰς* $\overline{\lambda\eta}$ *ληγόντων θηλυκῶν μονογενῶν τῷ ῡ παραληγομένων*, quae accentum in penultima habeant, memorat *τύλη, ὅπερ σύνηθες Ἀττικοῖς κνέφαλλον καλεῖν.* Nominis *κνέφαλλον* expositione interiecta, pergit: *Ἀναδράμωμεν ἐπὶ τὸ προκείμενον, παραθέμενοι τὸ τύλη, ὅπερ οὐκ ἦν παρ' Ἀττικοῖς. ἀλλὰ μέμνηται Σαπφὼ ἐν δευτέρῳ· ἐγὼ δ' ἐπὶ μαλθακὰν τύλαν σπολέω μέλεα· κἂν μέν τε τύλαγκας ἀσπόλεα· οὐ γὰρ ὁ* $\overline{\tau\epsilon}$ *συνδεσμός.*

Ex his, quae Sapphonis sub nomine proferuntur, membrum prius integram poetriae orationem exhibet, modo verbi *σπολέω* litteram primam deleveris, quod sine temeritatis crimine fieri ostendit Bastius Supplem. Comm. palaeogr. p. 921. Scripsit enim Sappho:

Ἐγὼ δ' ἐπὶ μαλθακὰν
τύλαν πολέω μέλεα.

Ego verso in molli culcita verso membra. *Μέλεα* disyllabum est. Alterum membrum est enatum totum ex varia lectione, sic in margine notata:

κας ας
κὰν τύλαν πολέω
μέλεα

Erat enim, qui *ἐπὶ* cum genitivo constructum mallet. *Μέν τε* ex *μέλεα* ortum, locoque alieno insertum est. Verba Herodiani, *οὐ γὰρ ὁ τε συνδεσμὸς*, hoc volunt, ne quis *τ' ὕλαν* scribendo vocabulum *τύλης* loco moveat. Sed si vere tradit Hephaestio, universum librum secundum Sapphonis versu Aeolico pentametro compositum fuisse, non potest hoc fragmentum ad eum librum referri, nisi utriusque versus ipsa pars dimidia mirifico casu exciderit nullo sententiae detrimento. Cum Herodiano confer Pollucem X, 8, 40. *Ἐν τῷ Ἀντιφάνους Φάωνι καὶ κατὰ τὴν κοινὴν χρῆσιν ἔστιν εὑρεῖν τὰς τύλας, στρώματα, κλίνας· ὥσπερ καὶ παρὰ Σαπφοΐ.* Antiphanis verba ipsa offert VII, 33, 192. *στρώματα, κλίνας, καινὰς τύλας.* Hoc autem praecipiunt Grammatici, ut exponit Lobeckius ad Phrynich. p. 174, ab Atticis tomentum appellari *τύλην*, culcitam *κνέφαλον*, ex vulgari vero loquendi usu Sapphonem, cum eaque in hac potissimum fabula Antiphanem, culcitam *τύλην* nominasse.

LV.

Hephaestio p. 65. *Ἐνίοτε δὲ ἐναλλὰξ τὰς ἰωνικὰς ταῖς τροχαϊκαῖς παραλαμβάνουσιν, ἀντὶ μὲν τῶν ἰωνικῶν ἔσθ' ὅτε τὰς δευτέρας παιωνικὰς παραλαμβάνοντες, ἀντὶ δὲ τῶν ἐξασήμων τροχαϊκῶν ἔσθ' ὅτε τὰς ἑπτασήμους τροχαϊκὰς, οἷον·*

Δέδυκε μὲν ἀ σελάνα
καὶ Πληϊάδες, μέσαι δὲ
νύκτες, παρὰ δ' ἔρχεθ' ὥρα,
ἐγὼ δὲ μόνα καθεύδω.

Occidit quidem luna et Vergiliae, media nox est, ac praeterit hora, ego vero sola cubo. Sapphoni iam tribuunt Stephanus et Ursinus, quorum uterque *Πλειάδες:* Ursinus etiam *μέσαι.* Tetrametros duos cum editoribus Hephaestionis facit Blomfieldus: per dimetros plerique describunt, in his Brunckius Anall. T. I. p. 56. et Schneiderus select. carm. p. 45, probante Hermanno Elem. doctr. metr. p. 442. Pluralis numeri *μέσαι νύκτες* ex variis scriptoribus exempla praebet Blomfieldus Gloss. Aeschyl. Choeph. 282. Welckero, de moribus Sapphonis p. 92. hunc locum imitari videtur Aristophanes Eccles. 946. *οὐχ ἥκει μοιχαῖος, μόνη δ' αὐτοῦ λείπομαι.*

LVI.

Hephaestio p. 63. *Καὶ ἰωνικὰ ἀπὸ μείζονος τρίμετρα βραχυκατάληκτα, τὰ καλούμενα Πραξίλλεια, ἃ τὴν μὲν πρώτην ἔχει ἰωνικήν, τὴν δὲ δευτέραν τροχαϊκήν· οἷά ἐστι τὰ τοιαῦτα Σαπφοῦς·*

Πλήρης μὲν ἐφαίνεθ' ἁ σελάνα,
αἱ δ' ὡς περὶ βωμὸν ἐστάθησαν.

Plena quidem apparebat luna, illae vero postquam circa aram adstiterunt. De magicis artibus agi probabiliter coniicit Volgerus. Alibi luna ceteraque sidera *φαίνουσι*, *lucent; φαίνεσθαι* proprium est de ortu.

LVII.

Hephaestio p. 63. *Τῶν ἰωνικῶν τριμέτρων ἀκαταλήκτων ἔνια καὶ ἐκ μιᾶς ἰωνικῆς καὶ δύο τροχαϊκῶν, οἷον· Τριβωλέτερ'· οὐ γὰρ Ἀρκάδεσσι λώβα.*

Ed. Iunt. et codd. H. B. *τριβώλετες*, quod praetulit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 442. Graecum neutrum est, neque credimus Choerobosco, quando in Bekkeri Anecdd. Gr. p. 1239. haec tradit: *Οἱ Αἰολεῖς ἔθος ἔχουσι πολλάκις συστέλλειν τὸ ῆ εἰς τὸ ε̄ ἐν τῇ κλητικῇ, καὶ ἀναβιβάζειν τὸν τόνον, οἷον ὁ τριβολέτηρ ὦ τριβόλετερ· ἔστι δὲ εἶδος ἀκάνθης. . . . τότε συστέλλουσι τὸ ῆ εἰς τὸ ε̄ ἐν τῇ κλητικῇ, ἡνίκα μὴ μακρᾷ παραλήγεται, οἷον ὁ τριβολέτηρ ὦ τριβόλετερ.* Nam illa, *ἔστι δὲ εἶδος ἀκάνθης*, inaudito vocabulo nostro illustrando adhibitam ostendunt usitatam vocem *τρίβολος*, unde scriptum est *τριβολέτηρ*, secunda syllaba correpta. Ut vero vocabulum ante Choerobosci aetatem depravatum persanetur, non contemnendum auxilium promittunt verba, *οὐ γὰρ Ἀρκάδεσσι λώβα*, quae ad rem pertinent ceteris mortalibus parum decoram futuram, apud Arcades consuetam. Quale nihil facilius succurrit, quam quod Arcades post fruges repertas glandibus vescerentur. Unde in fragmento nostro de victus inopia agi arbitramur. Tale est, quo primae vocabulae litterae ducunt, *ἔλαιον ὠμοτριβές*, ex crudis olivis factum: cuius mentionem redintegrare licet, sic reficto loco:

Τρῖβ' ὤμ' ἕτερ', οὐ γὰρ Ἀρκάδεσσι λώβα
[ἐστὶν βαλανηφαγεῖν.]

Tere crudas alias, neque enim Arcadibus ignominiosum. Non est autem genus neutrum reiiciendum, quia vulgo fructus arboris *ἐλαία* appelletur: nam Etym. M. p. 326, 24. scribit: *Ἔλαιον, ὁ καρπός. . . . ἀπὸ τοῦ ἐλαία τοῦ φυτοῦ παρωνύμως ἔλαιον, τὸ τρωγόμενον.* Quo cum loco conferunt Duporti ad Theophr. Charact. annot. p. 358.

LVIII.

Hephaestio p. 82. *Ἀνακλωμένου ὄντος τοῦ ἰωνικοῦ, προταχθεῖσα ἰαμβικὴ ἐξάσημος ἢ ἑπτάσημος ποιεῖ τὸ τοιοῦτον, οἷον παρὰ Σαπφοῖ·*

Ἔχει μὲν Ἀνδρομέδα καλὰν ἀμοιβάν·
Ψαπφοῖ, τί τὰν πολύολβον Ἀφροδίταν.

κανὼν δὲ αὐτοῦ οὗτος, αβαβ ααβα βαββ, ββαβ ααβα βαβα.

Habet quidem Andromeda rem pulchre repensam: Sappho, cur opulentam Venerem. Cod. C. *Ἀνδρομέδαν καλὰ ἀμοιβὰν.* Dein vulgo *Σαπφοῖ:* ed. Iunt. *ψάφοι*, codd. B. H. C. *ψαπφοῖ.* Vide I, 20. Disiungit versus Blomfieldus: sed *ἀμοιβῆς* nomen nequaquam alienum est a rei sacrae cogitatione, altero versu contenta. Ut Neptunus invocatur Odyss. *γ.* 58. *Λίδου χα ρίεσσαν ἀμοιβὴν σύμπασιν Πυλίοισιν ἀγακλειτῆς ἑκατόμβης. Καλὰν* ironice dictum videtur; quamquam potest fieri, ut Sappho se ipsa commoneat de veneranda dea, cui Andromeda non frustra sacrificaverit.

LIX.

Apollonius de Syntaxi III. p. 288. de discrimine verborum *φιλεῖν* et *ἐρᾶν* disserens: *Τὸ ἐρᾶν ὁμολογεῖ τὸ προσδιατίθεσθαι ὑπὸ τοῦ ἐρωμένου· διὸ καὶ δεόντως ἡ Σαπφὼ ἐπιτεταμένῳ μᾶλλον ὀνόματι ἐχρήσατο· Ἐγὼ δὲ καὶ ἡ νοττῶτις ἐρᾶται.*

Cod. A. *κηνοττωτις*, et quidem litteras *ηνοττω* a manu recentiori: in cod. B. omittitur *δέ*. Productiore vocabulo etiam Theocritus 2, 149. *ὡς ἄρα Δέλφις ἐρᾶται*, potestate activa. Hoc autem dicit Apollonius, quia *ὁ ἐρῶν* non solum agat, sed simul afficiatur, recte se habere formam verbi passivam. De scriptura *νοττῶτις*, Atticis abiudicata, vide Hemsterhusium ad Schol. Arist. Plut. 1012, Lobeckium ad Phryn. p. 206. et Meinekium ad Menandri Andr. p. 19. Pueros frequenter a Tragicis *νεοσσοὺς* dici, ostendit Monkius ad Eurip. Alc. 414. De terminatione *νοττῶτις*, quique masculini generis flexus erit, *νοττώτης*, comparari potest cum nominibus *ἰδιώτης*, *μονώτης*, quae cum aliis eiusdem exitus, sed diversae derivationis profert personatus Herodianus Epimer. p. 210, laudatus Bastio ad Gregor. p. 545. *Κη* in cod. A. pro *καὶ* positum, indeque rursus vulgatum *καὶ ἡ* ortum iudicamus. Sed *ἐγὼ δὲ* quum enatum videatur ex genitivo rei expetitae, commode cum infantiae nomine amoris gaudia componentur, si sic poetria scripserit:

Λεχῶν δὲ καὶ νοττῶτις ἐρᾶται.

Torum vel infans puella expetit. Nisi forte nomen verbale exstabat, quod *γ̄* litteram retineret, ut ex Archilocho memorantur *λέγαι γυναῖκες, ἀντὶ τοῦ ἀκόλαστοι*, Etym. M. p. 152. extr.

LX.

Apollonius de Pronom. p. 64. *Ἐγών· Αἰολεῖς βαρέως·*

Ἔγων δ' ἐμ' αὐτᾳ τοῦτο σύνοιδα. Σαπφώ.

Ego mihi huius rei conscia sum. In Is. Vossii Excerptis p. 421. C. scribitur *ἐγὼν δ' ἐμαυταί.* Wolfius et Volgerus *ἐμαυτᾶς*, Bastius ad Gregor. p. 249. *ἐμ' αὐτᾷ*, Blomfieldus *ἐμαυτᾷ.* Diserte Apollonius p. 103, annotatis Homericis *ἑ αὐτὴν, ἕο δ' αὐτοῦ, ἕε δ' αὐτὸν*, docet: *Καὶ παρὰ τοῖς Αἰολικοῖς δὲ ὡς ἐν παραθέσει ἀνεγνώσθη· Ἐμ' αὔτᾳ τοῦτ' ἔγων σύνοιδα.* In Is. Vossii Exc. p. 426. A. haec sunt: *Ἐμαυταὶ τοῦτ' ἐγὼ σύνοιδα*, eadem in Bastii nota laudata, nisi quod ibi *ἐμ' αὐτᾷ* exaratum est, unde *ἔγων* hoc loco contra fidem codicis Bekkerus dedisse videtur.

LXI.

Aristoteles Rhetor. I, 9. *Τὰ αἰσχρὰ αἰσχύνονται, καὶ λέγοντες, καὶ ποιοῦντες, καὶ μέλλοντες· ὥσπερ καὶ Σαπφὼ πεποίηκεν, εἰπόντος τοῦ Ἀλκαίου·*

Θέλω τι εἰπῆν, ἀλλά με κωλύει
αἰδώς·
Αἰ δ' ἴκέ σ' ἐσλῶν ἵμερος ἢ καλῶν,
καὶ μή τι εἰπῆν γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν,
αἰδὼς [δέ] κέν σ' οὐκ εἶχεν ὄμματ',
ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

Si vero te incederet bonorum desiderium vel honestorum, nec lingua aliquid malum misceret locutura, pudor non tibi teneret oculos, sed diceres de re iusta. Versu primo veteres libri editi *ἴκες ἐς ἐσθλῶν ἵμερον*, pauci *ἴκέ σ' ἐσθλῶν ἵμερος*, fortasse ex emendatione Scaligeri, ad Virgil. Cirin p. 63. et ad Euseb. p. 85. prodita, quam probant Gatakerus ad M. Anton. p. 69, Toupius ad Longin. p. 301, Gaisfordus ad Hephaest. p. 336, Volgerus, Blomfieldus, Hermannus Elem. doctr. metr. p. 689. *Ἴκέ σ'* in vetere codice invenit Victorius. In cod. Dresd. *εἴχες ἐσθλῶν ἵμερον* legi testatur Naekius ad Choeril. p. 266, idemque lectionem *ἵμερος* codicum fide destitui ait. Certe non scripsit Sappho, *ἴκες ἵμερον*, hoc enim esset, voto potiri. *Ἵκες* Ursinus, quamquam in annotatione p. 286. bis idem asperum spiritum servat. *Ἐσλῶν* sumpsimus ex edit. Aurel. Allobr. a. 1606, ubi excusum est *ἑσλῶν:* concinunt Stephanus, Ursinus, Scaliger, Blomfieldus. Ceterum Stephanus et Ursinus *ἐς ἑσλῶν ἵμερον*. Vs. 2. libri veteres partim *μήτ' εἰπεῖν* vel *εἰπῆν*, partim *μή τί τ' εἰπεῖν*. Scaliger *μηδὲν εἰκῆ*. Vs. 3. vulgo *αἰδώς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα*. Ursinus *σ' οὐκ*. Scaliger, *αἰδώς κεν οὐχί σ' εἶχεν ὄμματ'*. Volgerus, *αἰδώς τε νῦν σ' οὐκ*, quia in cod. Victorii sit *νυ*. Blomfieldus, *αἰδώς κεν οὐχί τ' ὄππατ' εἶχεν*. Hermannus, *αἰδώς κέ τευς οὐκ εἶχεν ὄππατ'*. Estque sane *ὀππάτεσσι* carm. II, 11. Naekius, *αἰδώς κέ σ' οὐκ ἂν εἶχεν*, ex lectione cod. Dresd. hac, *αἰδώς κέν σε οὐ κἂν χεν*. Mehlhornius Anthol. lyr. p. 47. *αἰδώς κέ σ' οὐ κατεῖχεν ὄππατ'*. Matthiaeus in Alcaei fragmm. p. 41. *αἰδώς κέ σευ οὐκ εἶχεν ὄμματ'*, ex libro Lips. enotans *αἰδώς κεν σοῦ*. Nos maluimus, ceteris intactis, *δὲ* voculam inserere, eodem modo ex protasi iteratam in apodosi, quo frequenter sibi referuntur pronomina *ὃς δὲ* et *οὗτος δέ*.

LXII.

Athenaeus XIII. p. 564. d., postquam ab aliis quoque oculorum gratiam collaudatam memoravit, haec adiicit: *Καὶ ἡ Σαπφὼ δὲ πρὸς τὸν ὑπερβαλλόντως θαυμαζόμενον τὴν μορφὴν καὶ καλὸν εἶναι νομιζόμενόν φησι·*

Στᾶθι κἄντα φίλος,
καὶ τὰν ἐπ' ὄσσοις ἀμπέτασον χάριν.

Adsiste et coram, amice, et oculorum expande gratiam. Καὶ particulae hyperbaton usitatum est Pindaro: nam cum solo adverbio *ἄντα* constructa quid significet, non assequimur. Ad hunc locum pertinuerit Hesychii glossa: *Ἀμπέτασον, ἀνακάλυψον*. Metrum alterius ver-

sus videtur integrum esse, nec dissimilia sunt priora, si forte post vocabulum φίλος nomen proprium viri disyllabum exciderit. Unde non assentimur Bentleio, qui Epist. ad Hemsterh. p. 65, κἄντι et ἐπ' ὄσσ' reponendo, ad choriambicam rationem hoc fragmentum revocandum censuit: quod decretum vel hac re infirmatur, quod correptio syllabae τὰν poetarum Aeolensium auctoritate muniri nequit, licet talia doceant Ioannes Grammaticus Praecc. ton. p. 3. et Choeroboscus in Bekkeri Anecdd. Gr. p. 1200. *Ἐπ' ὄσσ'* dederunt etiam Volgerus et Blomfieldus.

LXIII.

Hephaestio p. 102. *Τὸ ἐκ δύο χοριαμβικῶν ἐφθημιμερῶν τῶν εἰς τὴν ἰαμβικὴν κατακλεῖδα, ἡ Σαπφώ·*

Ὄλβιε γαμβρέ, σοὶ μὲν δὴ γάμος, ὡς ἀρᾶο,
ἐκτετέλεσται, ἔχεις δὲ παρθένον, ἂν ἀρᾶο.

Beate sponse, tibi iam nuptiae, ut cupiebas, peractae sunt habesque virginem, quam cupiebas. Vulgo in fine utriusque versus ἄραο. Versu priore cod. C. ὡς ἀρᾶϊ, cod. Monac. ὡς ἄρας, versu altero cod. C. ἂν ἀρᾶθ, ed. Iunt. et codd. B. Monac. ἀνάρας. Assumpto accentu eo, quem depravata cod. C. scriptura ministrabat, ἀρᾶο contractum habebitur ex ἀράεο, congruens cum Homericis μυθεῖαι, νεῖαι, αἰδεῖο, quibuscum Buttmannus gr. plen. T. I. p. 505. componit ὁρῆαι, ab Eustathio in Odyss. ξ. p. 548. Bas. memoratum. Nec tamen prorsus damnandum est ἄραο, siquidem hoc ex elisione vocalis copulativae explicari potest: nam ᾰ huius verbi sua natura producitur. Sed Hermanno Elem. doctr. metr. p. 605. verum videtur ἀρᾶϊ, quae forma secundae personae passivae et tertiae activae communis sit: qua de re diximus in II, 5.

LXIV.

Hephaestio p. 103. de eodem metro pergit: *Καὶ ὁ ποῦς συνῆψε τὴν λέξιν·*

Μελλίχροος δ' ἐπ' ἰμερτῷ κέχυται προσώπῳ.

Flavusque super amabilem effusus est faciem. Supple χρώς, color. Vulgo μελίχροος δ' ἐφ' ἱμερτῷ. Ed. Iunt. μελίχρος δ' ἐπιμερτῷ. Cod. C. μελίχρονος, cod. N. μελίχρως et κέχρηται, cod. Monac. κέχρυται, sed littera ρ̄ punctis deleri iussa. *Μελιχρόους* per blanditias appellabant pallidos, unde hoc vocabulum non est exterminandum: metro ab Hephaestione exposito accommodavit Volgerus, duplicata ex more Aeolensium liquida. Confer Koenium ad Gregor. p. 588. Pauwius μηλόχροος, Hermannus Elem. doctr. metr. p. 604. μελλίχιος. Ceterum hic versus eiusdem carminis, cuius fragmentum proximum, esse videtur.

LXV.

Dionysius Halicarnassensis de compos. verb. c. 25. *Τοῦτο τὸ κῶλον ἐκ δυοῖν συνέστηκε μέτροιν· Μήτε μικρὸν ὀρῶντά τι καὶ φαῦλον ἁμάρτημα, ἑτοίμως οὕτως ἐπὶ τούτῳ. Εἴ γέ τοι Σαπφικόν τις ἐπιθαλάμιον τουτί· Οὐ γὰρ ἑτέρα ἦν παῖς, ὦ γαμβρέ, τοιαύτα· καὶ τοῦ κωμικοῦ τετραμέτρου, λεγομένου δὲ Ἀριστοφανείου, τοῦδε· Οἱ ἐγὼ τὰ δίκαια λέ-*

γων ἤνθουν, καὶ σωφροσύνη νενόμιστο· τούς τε τελευταίους πόδας τρεῖς καὶ τὴν κατάληξιν ἐμβαλὼν, συνάψειε τοῦτον τὸν τρόπον· Οὐ γὰρ ἑτέρα ἦν παῖς, ὦ γαμβρέ, τοιαύτα, καὶ σωφροσύνη νενόμιστο· οὐδὲν διοίσει τοῦ Μήτε μικρὸν ὀρῶντά τι καὶ φαῦλον ἁμάρτημα, ἑτοίμως οὕτως ἐπὶ τούτῳ.

In Sapphonis verbis Aldus cum codd. Reg. 1. et Colb. utroque loco *νῦν* pro *ἦν*, quo adoptato hiatus sanabitur, cui Blomfieldus transponendis vocibus *ἦν* et *ἑτέρα* mederi maluit. Verum ut versus huius scriptura a nobis probata, annexa altera parte versus Aristophanei Nub. 956. nequaquam pares numeros prae se fert iis, qui in verbis ex orationis Demosthenicae in Aristocratem exordio excerptis conspiciuntur: ita etiamsi cum Blomfieldo legeris *οὐ γὰρ ἦν ἑτέρα πάϊς*, ex loco oratoris remanent inter metra poetarum abundantes syllabae $\overline{\mu\alpha}$ *ε*, non illae a Dionysio notatae. Qui omnino non subiungi iubet Aristophanea Sapphicis, sed mediis inseri, *ἐμβάλλεσθαι:* neque habebat alioqui, cur illud Demosthenis membrum compositum diceret, quum posset seorsum Sapphonis versum cum illius parte priori, et annotata prima vocabuli *ἑτοίμως* syllaba tamquam abundante, Aristophanea cum reliquis componere, praesertim quum huic numerorum divisioni sententiae incisio congrueret. Itaque ordinem, quo iuncta Sapphica et Aristophanea proferuntur, restitutum putamus a librariis, sententiarum confusione offensis, quam ipse Dionysius, metricae rationi unice intentus, non defugiebat. Respondent autem haec, *τοίμως οὕτως ἐπὶ τούτῳ*, Sapphicis, *ἦν παῖς ὦ γαμβρέ τοιαύτα:* ista, *τά τι καὶ φαῦλον ἁμάρτημ' ἐ*, Aristophaneis, *καὶ σωφροσύνη νενόμιστο:* Demosthenica *μήτε μικρὸν ὀρῶν*, ut cum initio Sapphicorum concilientur, non improbabili supplemento scribimus:

Οὐ γάρ [ἐστ'] ἑτέρα νῦν παῖς, ὦ γαμβρέ, τοιαύτα.

Non est enim altera nunc puella, sponse, talis. Olim *τοιαῦτα:* correxerunt Sylburgius et Uptonus.

LXVI.

Athenaeus II. p. 54. f. de ciceribus agens: *Σαπφώ·*

Χρύσειοι ἐρέβινθοι ἐπ' ἀϊόνων ἐφύοντο.

Aurea cicera in litoribus proveniebant. Hinc Eustathius in Iliad. *ν.* p. 925. Bas. *Ἐρεβίνθων μνεία καὶ παρὰ τῇ Σαπφοῖ ἐν τῷ Χρύσειοι ἐρέβινθοι ἐπ' ἀϊόνων ἐφύοντο. λέγει δέ φασι χρυσέους ἐκείνη ἐρεβίνθους τοὺς κατὰ πύξον ὠχρούς, οὓς δηλοῖ καὶ ὁ εἰπών, ὡς κρείττους οἱ λευκοὶ τῶν μελάνων καὶ οἱ πυξοειδεῖς.* Hoc dixerat Diocles, teste Athenaeo p. 55. b. Eustathii interpretationem vocabuli *χρύσεος* amplectitur Schweighaeuserus. Potest autem factum esse, ut apud Sapphonem hoc pabulum deorum equis terra subito promitteret, velut Iliad. *ε.* 777. ambrosiam Simois. Ita vere aurea erunt haec cicera, sicut omnia apud deos *χρύσεα* et *ἀμβρόσια* praedicantur. Ut apud Sapphonem aurea proveniunt cicera, sic apud Claudianum in prim. Cons. Stil. II, 467. seqq. *Titan croceis rorantes ignibus hortos Ingreditur, vallemque suam, quam flammeus ambit Rivus, et irriguis largum iubar ingerit herbis, Quas Solis pascuntur equi:* et in beatorum insulis, ut Pindarus ait Olymp. 2, 79, *ἄνθεμα χρυσοῦ φλέγει.*

LXVII.

Athenaeus XIII. p. 571. d. a nomine ἑταίρας interdum omnem turpitudinem abesse demonstrans, simul cum fragm. XLVII. haec profert: *Καὶ ἔτι·*

Λατὼ καὶ Νιόβα μάλα μὲν φίλαι ἦσαν ἑταῖραι.

Latona et Niobe per quidem carae erant amicae. Hoc ab initio, ut videtur, ad insecutas inimicitias poetria processit, et ad stragem liberorum Niobae. Quod argumentum Sapphonem attigisse, docet Gellius XX, 7, dum ab ea Niobae liberos bis novenos dictos testatur.

LXVIII.

Demetrius de elocut. c. 141. *Χαριεντίζεται δέ ποτε Σαπφὼ καὶ ἐξ ἀναφορᾶς, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἑσπέρου· Ἕσπερε, πάντα φέρεις, φησί, φέρεις οἶνον, φέρεις αἶγα, φέρεις μητέρι παῖδα. καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἡ χάρις ἐστὶν ἐκ τῆς λέξεως τῆς φέρεις ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀναφερομένης.* Eundem locum Blomfieldus respici putat Etym. M. p. 174, 47, ubi ad tuendam Aeolicam formam *αὖως* hic adscribitur versus Sapphonis: *Ἕσπερε, πάντα φέρων, ὅσα φαινόλις ἐσκέδασ' αὖως.* Et p. 384. init. *Ἕσπερος καὶ ἑσπέρα· ἀπὸ τοῦ ἕσω ποιεῖν περᾶν τὰ ζῶα ἀναπαυσόμενα, ἢ ὁ πέρας τῆς ἕω φέρων. Σαπφώ· Ἕσπερε, πάντα φέρων, ὅσα φαινόλις ἐσκέδασ' αὖως· τὸ γὰρ ἐναντίον ἕως καλεῖται, παρὰ τὸ ἐᾶν πάντα καὶ ἀπολύειν.* Quibus similia de origine vocabuli *ἑσπέρα* disserens, Scholiasta Eurip. Orest. 1252. eundem Sapphonis versum apponit: sed ante Barnesium ibi scribebatur *φαινόλης*. Corruptius Etym. Gud. p. 212, 43. *Καὶ Σαπφώ· Ἕσπερ' ἐς πάντα φέρων ὅσσα φαίνολες ἐσκέδασ' ἄβως.* P. 254, 5. *Ὅσα φαινόλης ἐσκέδασεν ἄνθρωπος.* P. 446, 3. *Σαπφώ· Φέσπερε πάντα φέρω ὅσα φαινότερα ἐσκέδασ' ἠὼς.* Wolfio placebat *φαινόπις*: in hymno Homerico in Cer. 51. scribitur *φαινολὶς ἠὼς* ex coniectura Ruhnkenii, in codice enim est *φαινόλη*. Cum accentu masculinorum in *όλης* exeuntium aptius congruit *φαινόλις*. Haec autem laudatio universa: *Vesper, qui omnia affers, quae lucida dissipavit aurora*, ita videtur singulis rebus enumeratis confirmata esse, ut in gaudiis amoris, tamquam in re exoptatissima omnium, quas mortales vespero acceptas referrent, poetria acquiesceret. Per anaphoram *φέρεις* illud repetitum erat: *Affers vinum, affers capram, affers matri filium*, nec tamen concisa ista brevitate, sed ut singula pluribus exornarentur, quemadmodum in Catulli carm. 62. sententiae vss. 20. 26. 32. breviter propositae amplificantur. Quapropter operam perdiderit, qui ista, *φέρεις οἶνον* et reliqua, certum ad metrum conetur redigere. Iam non est in vini nomine haerendum: convivia vespere celebrata non raro ad auroram trahebantur, unde haec quoque laetitia a vespere offerri, ab aurora demi dicitur. Sed Caselius profert *ὄϊν*, notatum apud Paulum Manutium, idemque excogitavit Fabius Benevolentius, referente Ursino: probant Is. Vossius ad Catull. p. 153, Schneiderus, Volgerus, Blomfieldus, propter vicinitatem caprae; veteris tamen lectionis patrocinium susceperat Barthius Advers. p. 282. Vel idem carmen Sapphonis, vel aliud similis argumenti obversabatur Himerio, quando Orat. 13, 9. Basilium talibus verbis salutat: *Ἀστὴρ, οἶμαι, σύ τις ἑσπέριος, ἀστέρων πάντων ὁ κάλλιστος· Σαπφοῦς τοῦτο δὴ τὸ [ἐς] ἕσπερον ᾄσμα.* Et Orat. 3, 17. scribit: *Ἐφάνης τοίνυν οὗτος ἐκεῖνος, ἀστέρων πάντων ὁ κάλλιστος· σὲ γὰρ Ἀθηναῖοι καλοῦσιν Ἕσπερον.* Ubi quamquam nomen poetriae reticet, tamen

pronominibus *οὗτος ἐκεῖνος* praemissis declarat, insequentem vocem se ab alio mutuatum esse. Quocirca haec quoque, Orat. 3, 2. *Ἐφάνης, τοῖς Ἀφροδίτῃ χορεύειν μέλλουσι τὸν ἕσπερον ὁποῖον εἰκὸς φανῆναι*, ex eo fonte derivata opinamur.

LXIX.

Demetrius de elocut. c. 146. *Ἐκ δὲ παραβολῆς καὶ ἐπὶ τοῦ ἐξέχοντος ἀνδρὸς ἡ Σαπφὼ φησι·*

Πέρροχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν.

ἐνταῦθα γὰρ χάριν ἐποίησεν ἡ παραβολὴ μᾶλλον ἢ μέγεθος. καίτοι ἐξῆν εἰπεῖν, πέρροχος ὥσπερ ἡ σελήνη τῶν ἄλλων ἄστρων, ἢ ὁ ἥλιος ὁ λαμπρότερος, ἢ ὅσα ἄλλα ἐστὶ ποιητικώτερα. Excellens ut cantor Lesbius inter alienigenas. Πέρροχος est *περίοχος*, potestate par usitatiori vocabulo *ὑπέροχος*, ut docent G. Vossius Instit. Orat. T. II. p. 479. et Th. Galeus, laudata glossa Hesychii: *Περρέχειν, ὑπερέχειν.* Vide quae annotata sunt fragm. XXI. Victorius nescio quem Perrochum commentus erat. Haec autem, *ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος*, omnem gentem exornant ut musica arte ceteris praestantem, neque est unus aliquis eligendus, ut Alcaeum denotari putant Ursinus et Volgerus. Eadem est vis proverbii *μετὰ Λέσβιον ᾠδὸν*, de eo frequentari soliti, qui in quavis arte secundum locum obtinet.

LXX.

Athenaeus XI. p. 475. a. Praeter Callixenum Rhodium, Pherecydem, Herodorum, Asclepiadem, Sophoclem, *μνημονεύει τῶν καρχησίων καὶ Σαπφὼ ἐν τούτοις·*

Κοινῇ δ' ἄρ πάντες καρχήσι' ἔχον καὶ ἔλειβον,
ἀράσαντο δὲ πάμπαν ἐσλὰ
τῷ γαμβρῷ.

Una igitur omnes carchesia tenebant et libabant, ac precabantur omnino bona sponso. Ex Athenaeo sua habet Macrobius Saturn. V, 21. *Nec solus Asclepiades meminit huius poculi, sed et alii illustres poetae, ut Sappho, quae ait: Κοινῇ δ' ἄρα πάντες καρχήσι' εἶχον καὶ ἔλειβον, ἀράσαντο δὲ πάμπαν ἐσθλὰ τῷ γαμβρῷ.* Ἄρα apud Athenaeum quoque plene scribitur: ἄρ dedimus heroici versus gratia, quod metrum in ceteris elucet. Pro *κοινῇ* ex Athenaei cod. A. et Macrobii cod. Thuanaeo *κῆνοι* Schweighaeuserus, Volgerus, Blomfieldus. Deinde Wolfius *ἐσθλά*: alterum ex Macrobii etiam vetere exemplo, Colon. Agripp. a. 1527. edito, enotat Zeunius. Licentius transponendo, omittendo, inserendo, Blomfieldus hendecasyllabos Sapphicos restituit.

LXXI.

Apollonius de Coniunct. p. 490. *Ἄρα· οὗτος κατὰ πᾶσαν διάλεκτον, ὑπεσταλμέ[νης] τῆς κοινῆς καὶ Ἀττικῆς, ἦρα λέγεται· Ἦρ' ἔτι π[αρ]θενίης ἐπιβάλλομαι, Σαπφώ.* Sed Scholiasta in Dionysii Thracis grammaticam p. 968. *Ὁ ἄρα ἐρωτηματικὸς ὢν μηκύνει τὸ ᾱ, συλλογιστικὸς δὲ βραχύνει. τρέπεται δὲ ἑκατέρου τὸ ᾱ εἰς ᾗ, τὸ μὲν μακρὸν παρ' Αἰολεῦσιν οὕτως·*

Ἦρ' ἔτι παρθενικὰς ἐπιβάλλομαι.

Profecto enim adhuc virginibus animum adverto. Quod apud Apollonium legitur *παρθενίης*, etiamsi Ionica flexio fuerit expulsa, ineptam sententiam facit, nisi forte mulier virginitati vel assequendae vel recuperandae studere posse videatur. Particula ista *ἦρα* eadem est, quam plerumque separatim *ἦ ῥα* scribunt.

LXXII.

Hephaestio p. 85. Versus ab Archilocho inventi huius, ⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑–⏑⏑–⏑–⏑, pars prior *δύναται καὶ εἰς τρίτον ἀνάπαιστον διαιρεῖσθαι, εἰ ἀπὸ σπονδείων ἄρχοιτο, οἷον τὸ Σαπφοῦς·*

Αὐτὰ δὲ σὺ Καλλιόπα.

τοῦ προσοδιακοῦ ἓν καὶ τοῦτο εἶδος, τὸ ἐξ ἰωνικοῦ καὶ χοριαμβικοῦ συγκείμενον.

Ipsa vero tu Calliope.

LXXIII.

Hephaestio p. 129. *Ὅταν τὸ ἐφύμνιον μὴ μετὰ στροφὴν, ἀλλὰ μετὰ στίχον κέηται, παραλαμβανόμενον ἄλλῳ στίχῳ, μεσύμνιον καλεῖται τὸ ποίημα, οἷόν ἐστι τὸ παρὰ Σαπφοῖ*

Ὕψοι δὴ τὸ μέλαθρον, Ὑμήναον,
ἀέρρετε, τέκτονες ἄνδρες, Ὑμήναον·
γαμβρὸς ἔρχεται ἶσος Ἄρηϊ.

Et Demetrius de elocut. c. 148. *Ἔστι δέ τις ἰδίως χάρις Σαπφικὴ ἐκ μεταβολῆς, ὅταν τι εἰποῦσα μεταβάλληται καὶ ὥσπερ μετανοήσῃ· οἷον Ὕψι δὴ, φησὶ, τὸ μέλαθρον ἀείρατε, τέκτονες· γαμβρὸς εἰσέρχεται ἴσος Ἄρηϊ, ἀνδρὸς μεγάλου πολλῷ μείζων· ὥσπερ ἐπιλαμβανομένη ἑαυτῆς, ὅτι ἀδυνάτῳ ἐχρήσατο ὑπερβολῇ, καὶ ὅτι οὐδεὶς τῷ Ἄρηϊ ἴσος ἐστίν.*

Sursum, age, trabem, Hymenaee, tollite, fabri, Hymenaee: sponsus venit par Marti, viro magno multo maior. Quae Demetrius adiicit, ab Hephaestione omissa, ut metrum et dialectus cum ceteris concordet, sic videntur refingenda: *ἀνδρὸς μεγάλω πολὺ μείζων.* Et *πολὺ* scribit, nescio qua auctoritate, Casaubonus ad Theophr. Charact. p. 233. In principio revocavimus ex edit. Iunt. *ὕψοι*: cum Ursino ceteri *ὕψι*, idemque Demetrio donavit P. Victorius pro vetere *ὕψω*, quod prope abest a nostra lectione. *Ὕψοι* Aeolium est pro vulgari *ὑψόσε*, ut *τηλοῖ* annotat Apollonius de Adverb. p. 610, quamquam is quidem cum pleno *τηλόθι* componens. Tota haec adverbiorum terminatio nihil videtur differre ab illa, quam in I, 5. illustravimus. Pro *δὴ* ed. Iunt. *δέ*. Libri *ὑμήναον*, quod servat Hermannus Elem. doctr. metr. p. 28; nec profecto potest de omni hoc exclamationum genere nisi ex auctoritatibus iudicari. Gaisfordus *Ὑμέναιον*, Volgerus *Ὑμέναε*, Blomfieldus *Ὑμέναον*. Edd. Iunt. Turneb. *ἀείρατε*, cod. C. *ἀείρετε*: *ἀέρρετε* Bentleius append. Horat., assentientibus Gaisfordo, Blomfieldo, Hermanno. Ibidem Bentleius, eiecto *μεσυμνίῳ*, duo priores versus in speciem hexametri Aeolici contrahit: certe, interposita exclamatione, non amplius continuus versus exaudiebatur. Tum Volgerus *ἐπέρχεται*, totum versiculum dactylis constare cupiens. Postremo ed. Iunt. *ἴσως ἄρει*.

LXXIV.

Maximus Tyrius dissert. XXIV. *Ἐκβακχεύεται Σωκράτης ἐπὶ Φαίδρῳ ὑπὸ τοῦ ἔρωτος· τῇ δὲ Σαπφοῖ ὁ ἔρως ἐτίναξε τὰς φρένας, ὡς ἄνεμος κατ' ὄρος δρυσὶν ἐμπεσών.*

Amor quassavit mentem, ut ventus in monte ilicibus ingruens. Priorem versum ita explet Blomfieldus: *Ἀλλά μοι ἐξετίναξεν ἔρος φρένας.* Socratem Maximus Platonicum dicit Phaedr. p. 234. d.

LXXV.

Etymologicum Magnum p. 662, 32. *Πέπταμαι· ἐκ τοῦ ἵπτημι γίνεται ὁ παθητικὸς παρακείμενος, ἔπταμαι, ἔπτασαι, ἔπταται, καὶ πλεονασμῷ τοῦ π πέπταμαι Αἰολικῶς· οἱ γὰρ Αἰολεῖς εἰώθασι προστιθέναι σύμφωνον, ὥσπερ τὸ ἐπτερύγωμαι πεπτερύγωμαι.* In cod. Paris. 346. subiiciuntur haec: *Οἷον· Ὡς δὲ πάϊς παῖδα μητέρα πεπτερύγωμαι. Ἡρωδιανὸς ἐν τοῖς περὶ πάθους.* Consentit Zonaras Lex. v. *πέπταμαι.* Eadem e Lexico vetere exprompsit Koenius ad Gregor. p. 638, quod Ruhnkenius descripserat e cod. Paris. 2667. vel 2668. In versu autem apposito ibi legitur *πάϊδα ματέρα.* Pro Etym. M. lectione *ἐπτερύγωμαι πεπτερύγωμαι* et hoc Lexicon et Zonaras *ἐπτέρυγμαι,* altero omisso; in versu adiecto hi quoque *πεπτερύγωμαι.* Ex isto *παῖδα* vel *πάϊδα* Aeolicam voculam *πεδὰ* eruit Koenius. Similitudine liberorum matrem consectantium utuntur Homerus Iliad. ϑ. 271. *Τεῦχρος αὖτις ἰὼν, παῖς ὣς ὑπὸ μητέρα, δύσκεν εἰς Αἴαντα.* Aristophanes Acharn. 738. *τὰν ἐν Ἀθάναις ἀγορὰν ἐπόθουν ἅπερ ματέρα.* Aristocles in Frid. Iacobsii Append. Anthol. Pal. epigr. 7. *ὁ ταῦρος ὅ, ὡς ματέρι παῖς, ἕπεται.* At verba *πτερυγοῦσθαι, πτερύσσεσθαι, πτερυγίζειν* non usurpantur de sola itineris celeritate, ut sane *πέτεσθαι* frequentatur, sed avibus alas moventibus propria sunt. Unde non credimus primam personam genuinam esse, sed expulit ea, ut paullo ante a Grammatico annotata, personam tertiam in versu lectam. Itaque scribe:

Ὡς δὲ πάϊς πεδὰ ματέρα πεπτερύγωται.

Ut filia ad matrem volitat. Avicula aliqua ad puellam, ut passer ille apud Catullum 3, 6. *Mellitus erat, suamque norat Ipsa tam bene quam puella matrem, Nec sese a gremio illius movebat, Sed circumsiliens modo huc, modo illuc, Ad solam dominam usque pipiabat.* Qui locus nostrum fragmentum, ex quo ille expressus videtur, ut Sapphoni adscribamus, suadet, quam in sententiam iam inclinabat Koenius.

LXXVI.

Hephaestio p. 95. *Ἄλλο ἀσυνάρτητον ὁμοίως κατὰ τὴν πρώτην ἀντιπάθειαν, ἐκ τροχαϊκοῦ διμέτρου ἀκαταλήκτου καὶ ἰαμβικοῦ ἐφθημιμεροῦς, ὅπερ ἐὰν παραλλάξῃ τὴν τομὴν, γίνεται τροχαϊκὸν προκαταληκτικόν.*

Ἔστι μοι καλὰ πάϊς, χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν
ἐμφερὴ ἔχουσα μορφὰν, Κλεῖς ἀγαπατὰ,
ἀντὶ τᾶς ἐγὼ οὐδὲ Λυδίαν πᾶσαν, οὐδ' ἐραννάν.

τούτων δὲ τὸ μὲν δεύτερον δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τῆς τομῆς, ὅτι οὕτως σύγκειται, ὡς προείρηται, ἐκ τοῦ τροχαϊκοῦ διμέτρου ἀκαταλήκτου καὶ τοῦ ἐφθημιμεροῦς ἰαμβικοῦ· τὸ δὲ πρῶ-

τον, διὰ τὸ πρὸ συλλαβῆς ἔχειν τὴν τομὴν, ἐγένετο προκαταληκτικὸν, ἐκ τροχαϊκοῦ ἐφθημιμεροῦς, ἔστι μοι καλὰ πάϊς, καὶ διμέτρου ἀκαταλήκτου, τοῦ χρυσέοισιν ἀνθέμοισι. τὸ δὲ τρίτον ἐξ ὑπερκαταλήκτου, ἀντὶ τᾶς ἐγὼ οὐδὲ Λυδίαν, καὶ βραχυκαταλήκτου, πᾶσαν οὐδ' ἐραννάν.

Est mihi pulchra filia, chrysanthemis similem habens formam, Cleis amabilis, pro qua ego nec Lydiam totam nec amoenam .... Sapphoni hos versus adscripsit Ursinus, et conveniunt illi tum ob rationem metricam, tum ob ipsam sententiam; praesertim quum ei huius nominis filiam fuisse Suidas scribat, qui si forte ex hoc fragmento eius rei notitiam duxerit, at hoc apparet, ad Sapphonem illud iam tum non dubie relatum esse. Vs. 1. ed. Iunt. ἀνθέμοισιν, et sic etiam infra in Hephaestionis explicatione metrorum. Bis deinceps scriptus est is versus apud Turnebum et Pauwium, sed cum diversa distinctione pedum. Vs. 2. Ursinus, Turnebus, Pauwius ἔχουσα μορφὴν κλεῖς ἀγαπητά. Ed. Iunt. ἔχουσα μορφὰν κλεῖς ἀγαπατά: concinit cod. Monac., nisi quod κλές praebet. In Hephaestionis annotatione Turnebus et Pauwius: τούτων δὲ τὸ μὲν δεύτερον, δηλαδὴ τὸ ἐφθημιμερῆ ἔχον μορφὴν, Κλεῖς ἀγαπητὰ δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τῆς τομῆς ὅτι οὐ σύγκειται, librorum lectione, ὅτι οὕτως σύγκειται, in appendicem libri ablegata. Codex Dorvillii: τούτων δὲ τὸ μὲν δεύτερον, δηλαδὴ τὸ ἐφθημιμερές, τὸ ἐμφερῆ ἔχουσα μορφήν. Nimirum per errorem scriptum erat ἐφθημιμερῆ pro ἐμφερῆ. Vs. 3. Ursinus, Turnebus, Pauwius τᾶς δ', in subiuncta explicatione τὰς δ', unde Volgerus τᾶσδ', ed. Iunt. et cod. Monac. utroque loco ἀντὶ τᾶς ἐγὼ οὐ, non animadversa synizesi vocalium ω̄ οῡ. Praeterea cod. Monac. priore loco λυδίαν et ἀραννὰν, ed. Iunt. posteriore loco λυδίας. Turnebus omittit πᾶσαν. Nec tolerabiles sunt versus asynarteti, quales esse vult Hephaestio, qui diversorum ordinum theses partim productas habeant intra idem vocabulum collisas, neque versus secundus, ut hodie legitur, ad primitivam eius metri compositionem demonstrandam advocari potest, qui ne numerum quidem iustum syllabarum exhibeat. Ipsis nobis si tres illi versus, neglecta expositione Hephaestionis, communi metro accommodandi permittantur, primum quidem et tertium, synecphonesi admissa vocalium ε̄οι et ῑα, ex trochaico dimetro et ithyphallico compositos tanto proclivius suspicabimur, quod e Servio cognoscimus versum syllaba breviorem, quo systemata ex longiori versu facta non absurde claudi poterant. Secundum autem versum similem illis reddemus, Κληΐς ἀγαπατὰ scribendo: nam et articulus legitime praefigetur adiectivo, et proprii nominis syllaba prior produci potest secundum scripturam Πληϊάδες, quae fragm. LV. obtinet, posterior corripi, ut apud Pindarum Pyth. 9, 40. est κλαΐδες, apud Alcaeum XXIV, 11. Blomf. κναμίδες, utrumque brevi penultima. Et quem accusativum Aeolensibus tribuit Etym. Sorbon. teste Bastio ad Gregor. p. 584, κλάϊν, documento est, et ipsius et nominativi vocalem ī corripi. Priorem syllabam produxit in eodem nomine matri poetriae imposito poeta epigrammatis, de quo supra dictum est. Num igitur Hephaestio aliter scriptum reperit? an ille, quum primo et tertio collatis, neglecta synecphonesi, quia disparis essent mensurae syllabae octava et nona, utramque in thesi positam esse sibi persuasisset, huic rationi satis habuit ex incisione versus secundi praesidium petere, difficultatem ex syllaba in alterius membri initio desiderata ei obstantem dissimulavit? Certe si additamentum ex cod. Dorv. et edd. Turn.

et Pauw. proditum genuinum est, tanto mirabilius fiet, quod, reliquis omnibus in ipsius oratione diligenter repetitis, solum hoc versus secundi membrum alterum omittitur. Fieri autem potest, ut ipse scriptor eam offensionem leviorem habuerit, si forte articulo praeponendo eam removeri posse arbitrabatur. Nam hoc quidem ex commemoratione incisionis patet, isto versu Hephaestionem uti tamquam luculentiori suae descriptionis documento, perversamque esse Turnebi lectionem, *ὅτι οὐ σύγκειται.* Sed Hermannus, Elem. doctr. metr. p. 602, quamquam et ipse de contractione vocalium *εοι* et *ια* cogitavit, quia non dubie Hephaestioni ex reliquis carminis versibus satis constiterit de forma metri, illud pro explorato habendum oenset, recte eum metrum descripsisse: in tertio tamen versu, quoniam scabrior ibi sit thesium concursio, *ἅπασαν* scribendum, ut *Λυδίαν* disyllabum habeatur. Verum melius omnia expediri iudicat, si retento antiquo *πᾶσαν*, et synecphonesi probata in versu utroque, alternare duo similia metra existimentur, quorum alterum in ordinem iambicum, alterum in ithyphallicum exeat. Secundi igitur versus partem alteram sic refingit: *Κλεῖς, Κλεῖς ἀγαπατά.* Hotchkisio placet: *κλεῖς τε κἀγαπητά.* Totum versum ita scribit Bentleius: *ἐμφερῆ ἔχοισα μορ|φὰν, Κλεῖς ἀγαπητά.* Tyrwhittus: *ἐμφερῆ μάλιστ' ἔχοισα | μορφὰν Κλεῖς ἀγαπατά.* Blomfieldus: *ἐμφερῆ μορφὰν ἔχοισα, Κλεῖς [μὲν] ἀγαπατά.* Hiatus non erat tollendus, cuius in arsi trochaica vel iambica exempla ex Pindaro quoque praebent Hermannus ad Orph. p. 722. et Boeckhius de metr. Pind. p. 102. Versus primi parte extrema utitur Plotius p. 2663. ita scribens: *Compositum Susarionium fit quattuor pedibus trochaicis praepositis et subiuncto penthemimerico dactylico: χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν τὰν Θέμιν οὐρανίαν.* Ibidem *χρύσεος* non est universum omnium florum epitheton, sed iuxta collocata sunt more antiqui sermonis, quae vulgo unum in vocabulum coalescunt. Vide Lobeckii annotat. ad Phrynich. p. 303. 381.

LXXVII.

Hephaestio p. 102. *Τὸ ἐξ ἰθυφαλλικῶν δύο ἡ Σαπφὼ πεποίηκε·*

Δεῦρο δὴ αὖτε, Μοῖσαι, χρύσεον λιποῖσαι.

Huc rursus, Musae, aureum relinquentes. Supplent *δῶμα πατρός.* Ed. Iunt. et codd. *δηῦτε*, de quo vide annotata in I, 18. Cum adverbio *δεῦρο* nihil impedit, quominus construatur imperativus pluralis: sed Graecum non est, quod praeter librorum fidem vulgatur, *δεῦρο δεῦτε.*

LXXVIII.

Hephaestio p. 25. *Καταληκτικὰ καλεῖται μέτρα, ὅσα μεμειωμένον ἔχει τὸν τελευταῖον πόδα, οἷον ἐπὶ ἰαμβικοῦ·*

Χαίροισθα, νύμφα, χαιρέτω δ' ὁ γαμβρός.

ἐνταῦθα γὰρ ἡ βρος τελευταία συλλαβὴ ἀντὶ ὅλου ποδὸς ἰαμβικοῦ κεῖται.

Salve, sponsa, salvere iubeo sponsum. Inter Sapphica exhibent Ursinus et Blomfieldus. Edd. Iunt. Turneb. et codd. nonnulli *χαίροισα.* Cod. C. *χαίροις ἀνύμφα*, codd. B. 2. M. *χαίροις ἀνύμφα*, Turnebus in appendice *χαίροις ὦ*, Arnaldus *χαίροις τύ.* Nihil mutat Bentleius in Conspectu metrorum Horatianorum, et Gaisfordus censet verbum finitum ante-

gressis contentum fuisse. Ita autem sequi oportuisset *χαίρων δὲ* potius quam *χαιρέτω δέ*. Atque omnis haec precatio, in finibus stropharum posita, hoc enim natura metri reddit probabile, aptius a reliquis segregatur: quapropter lenem correctionem admisimus. Apposite confert Gaisfordus Theocr. 18, 49. *Χαίροις, ὦ νύμφα, χαίροις εὐπέπλου γαμβρέ.*

LXXIX.

Athenaeus X. p. 425. c. d. *Τοῖς δὲ θεοῖς οἰνοχοοῦσάν τινες ἱστοροῦσι τὴν Ἁρμονίαν, ὡς Καπίτων ἱστορεῖ ὁ ἐποποιὸς, Ἀλεξανδρεὺς δὲ γένος, ἐν δευτέρῳ ἐρωτικῶν. Ἀλκαῖος δὲ καὶ τὸν Ἑρμῆν εἰσάγει αὐτῶν οἰνοχόον· ὡς καὶ Σαπφὼ λέγουσα· Κὰδ δ' ἀμβροσίας μὲν κρατὴρ ἐκέκρατο, Ἑρμᾶς δὲ ἐλὼν ὄλπιν θεοῖς οἰνοχοῆσαι.* Edd. Ven. et Bas. *κἀδ' ἀμβροσίας*, Schweighaeuseri cod. A. *κη δαμβροσίας*, Casaubonus *κἀδδ'*, Schweighaeuserus *κάδδ'*. Brevius idem scriptor V. p. 192. c. *Παρὰ δὲ τῇ καλῇ Σαπφοῖ καὶ ὁ Ἑρμῆς οἰνοχοεῖ τοῖς θεοῖς.* Quae fere repetit Eustathius in Iliad. *v.* p. 1280. Bas., alia simul apponens e loco superiori. Rursus Athenaeus II. p. 39. a., nectaris et ambrosiae vocabula permixta esse docens: *Καὶ Σαπφὼ δέ φησιν· Ἀμβροσίας μὲν κρατὴρ ἐκέκρατο, Ἑρμᾶς δ' ἐλὼν ἔρπιν θεοῖς οἰνοχοήσων.* Olim vulgabatur *ἔρπεν*: *ἔρπιν* restituit Casaubonus ex vetustis libris, quibus accesserunt ii, quos excussit Schweighaeuserus, et ex Eustathio. Qui diserte scribit in Odyss. *ι.* p. 360. extr. Bas. Athenaei locum excerpens: *Σαπφὼ δὲ εἰποῦσα, ὡς ἀμβροσίας κρατὴρ ἐκέκρατο, εἰς πόσιν δηλαδὴ, διὸ καὶ ταυτίζουσα τῷ οἴνῳ αὐτὴν ἐπάγει· Ἑρμῆς δ' ἐλὼν ἔρπιν θεοῖς φνοχόησεν. ἔστι δὲ ἔρπις Αἰγυπτιστὶ ὁ οἶνος, καθὰ καὶ ὁ Λυκόφρων οἶδεν.* Ad Lycophronis locum, qui est vs. 579, Hipponactem eodem vocabulo usum annotat Tzetzes. Itaque Casaubonus in versu Sapphonis veram lectionem esse censet *ἔρπιν*, altero loco Athenaeum, sententiam magis quam singula verba attendentem, per incuriam *ὄλπιν* substituisse. Rectissime id coniectatum videtur Barkero annot. in Etym. M. p. 1114: nam si illis liberum fuerit, Aegyptium vocabulum assumere, eandem esse Lesbiae poetriae licentiam concedendam. Verum Lycophron rebus nominibusque abstrusis librum suum exornabat, Hipponactis poesim ludicram peregrina non dedecebant vocabula, sicut Phrygum quoque ex sermone adoptavit *βέκος* et *τετρακίνη*, testibus Strabone VIII. p. 340. et Athenaeo II. p. 69. d. Quales auctoritates parum valent ad usum Sapphonis confirmandum, licet id nomen Lesbii cognitum habuerint. Vere praeterea observat Schweighaeuserus, verbum *ἑλὼν* minus apte cum vino iungi quam cum trulla. Ea enim est *ὄλπις* vel *ὄλπη*, cuius nominis hanc potestatem ex Athenaeo XI. p. 495. b. et Hesychio demonstravit Barkerus l. c. p. 1113. Quando autem a Sapphone arbitramur *ὄλπιν* scriptum esse, qua in sententia sunt etiam Toupius in Suidam II. p. 444. et Blomfieldus, nondum iccirco altero Athenaei loco *ἔρπιν* expellendum est. Ut enim in Alcaei fragm. L. Blomf. de veritate lectionis inter Alexandrinos disceptatum est, ita facile ex iisdem fuerint, qui Sapphonem reconditiori vocabulo ditare vellent: Athenaeus vero diversis longi operis partibus in recensiones diversas huius carminis incidisse videtur. Pro Athenaei verbis *οἰνοχοῆσαι* et *οἰνοχοήσων* Casaubonus et Volgerus ex Eustathio dederunt *φνοχόησεν*, Schweighaeuserus et Blomfieldus *οἰνοχόησεν*: at quis neget, sententiam hanc: *Ambrosia temperatus erat crater, Mercurius vero trullam capiens, ut diis vinum infunderet;* insequenti demum

versu potuisse concludi. Genitivum *ἀμβροσίας* construe cum verbo *κατεκέκρατο*, ut Homerus Odyss. γ. 390. *τοῖς ὁ γέρων ἐλθοῦσιν ἀνὰ κρητῆρα κέρασσεν οἴνου ἡδυπότοιο*, id est *κρητῆρα ἀνεκέρασεν οἴνου*, et vs. 393. *τοῦ ὁ γέρων κρητῆρα κεράσσατο*. Metri supersunt indicia choriambici cum anacrusi: eius gratia Volgerus legebat *κέκρατο*, Blomfieldus *θεοῖς* eiici iubet.

LXXX.

Maximus Tyrius dissert. XXIV. *Νῦν μὲν ἐπιτιμᾷ Σαπφὼ Γοργοῖ καὶ Ἀνδρομέδᾳ, νῦν δὲ ἐλέγχει καὶ εἰρωνεύεται αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ Σωκράτους. τὸν Ἴωνα χαίρειν, φησὶν ὁ Σωκράτης· Πολλά μοι τὰν Πολυάνακτος παῖδα χαίρειν, Σαπφὼ λέγει.*

Multum valere Polyanactis filiam iubeo. Davisius ex cod. Harlei. *τὰν Πολυανακτίδα παῖδα.* Stephanus et Ursinus *τὸν Πολυάνακτος παῖδα.* Illis verbis initio Ionis Platonici nihil nisi Ionem advenientem salutat Socrates: Sappho istius mulieris familiaritatem nihil se curare indicat potestate eius dictionis usitata. *Λέγω* subiectum fuisse opinatur Blomfieldus: verum sic non poterat *μοι* addi. Itaque accusativus cum infinitivo absolutus erat. Hinc sumpta putant Iuliani verba Epist. 60. *Χαῖρε δὲ καὶ αὐτὸς ἡμῖν πολλὰ, καθάπερ ἡ καλὴ Σαπφώ φησιν.*

LXXXI.

Maximus Tyrius dissert. XXIV. *Τὸν Ἔρωτά φησιν ἡ Διοτίμα τῷ Σωκράτει οὐ παῖδα, ἀλλ' ἀκόλουθον τῆς Ἀφροδίτης καὶ θεράποντα εἶναι· λέγει που καὶ Σαπφοῖ ἡ Ἀφροδίτη ἐν ᾄσματι· Σύ τε καλὸς θεράπων Ἔρως.*

Dictum Diotimae habes in Platonis Convivio p. 203. c. Veneri modo e mari prodeunti comitem addit Amorem Hesiodus Theog. 201. Confer fragm. CXXIV. Si vero Maximus scripsit, *λέγει Σαπφοῖ*, secundae personae pronomen, ad Sapphonem relatum, prave eodem casu quo nomen *Ἔρως* profertur, quare non incommode Ursinus p. 293. legendum coniicit *σοί τε: Tibique pulcher famulus Amor.* An *σὺ* Aeolium est pro vulgari *σοὶ* secundum illa, quae ad I, 5. exposita sunt? Nominativus ut locum tueatur, cogitandum erit, *λέγει παρὰ Σαπφοῖ*. Pro *Ἔρως* Blomfieldus scribi mavult *Ἔρος*.

LXXXII.

Scholiasta Aristophanis Plut. 729. *Ἡμιτύβιον· ἀντὶ τοῦ σουδάριον, ῥάκος ἡμιτριβὲς λινοῦν τι, οἷον ἐκμαγεῖον. καὶ Σαπφώ· Ἡμιτύβιον σταλάσσων. ἢ δίκροσσον φακιόλιον.*

In aliis libris et Aristophanis et complurium scriptorum legi *ἡμιτύμβιον* docet Hemsterhusius, qui Polluci assentitur, VII, 16, 71. Aegyptium vocabulum esse affirmanti. *Ἡμιτύβιον* habet Photius, *ἡμιτύμβιον* Zonaras. Prior pars compositi nominis, quam ita explicat Schol. Paris. *ἡμιτύβιον τὸ ἐξ ἡμισείας τὴν κεφαλὴν καλύπτον*, ad brevitatem lintei pertinet, ut in nominibus *ἡμιφάριον, ἡμιδιπλοίδιον, ἡμιφωσώνιον*. Sed Hemsterhusius postulat *ἡμιτύβιον σταλάσσον, linteum stillans vel sudore, vel sanguine, vel lacrimis, quas detersas hauserat.* *Ἡμιτύβιον σταλάσσων* potest esse, *cui linteum defluit*, ut apud Sophoclem Laocoontis fragm. 3. de Anchise est, *νώτου καταστάζοντα βύσσινον φάρος*.

LXXXIII.

Pollux VII, 22, 93. de calceis agens: *Τὰ μέντοι Τυῤῥηνικὰ εἴη ἂν ὁ Σαπφοῦς μάσθλης· Ποικίλος μάσθλης, εἶπε, Λύδιον καλὸν ἔργον.*

Varium lorum, Lydium pulchrum opus. Olim scribebatur: *τὰς μέντοι Τυῤῥηνικὰς, ὁ Σαπφοῦς μάσθλης, ποικίλος μάσθλης εἶπε, Λύδιον κακὸν ἔργον.* Sed cod. Voss. *τὰ μέντοι Τυῤῥηνικά. εἴη ἂν ὁ Σαπφοῦς.* Eadem cod. Iungermanni, in quo adiiciuntur verba *μάσκλης ποικίλος*, reliqua omissa sunt. Kuehnius et Hemsterhusius in prioribus vulgatam lectionem retinent, deinde pergunt: *ποικίλος εἴη. μάσθλης Λύδιον κακὸν ἔργον.* Falckenburgius: *τὰς μέντοι Τυῤῥηνικὰς, εἴη ἂν ὁ Σαπφοῦς μάσθλης* (in margine annotat *μάλης*) *ποικίλος μάσθλης εἶπε, Λύδιον καλῶν καλὸν ἔργον. Λύδιον καλὸν ἔργον* dederunt etiam Toupius in Suidam IV. p. 232. et Volgerus. *Τυῤῥηνικὰ* loris inauratis conspicua dicit Pollux, quibuscum male conferret Sapphonis *μάσθλητα*, si ipsa eum appellaret *κακὸν ἔργον*. Ac sunt apud Lydos omnia ad cultum et opulentiam apparata, quemadmodum expresse hic *μάσθλης* ut *ποικίλος* praedicatur. Nomen sic exponitur a Schol. Aristoph. Eq. 269. *μάσθλης κυρίως ἱμὰς μεμαλαγμένος καὶ ἁπαλὸς καὶ τρυφερός.* Et ab Hesychio: *μάσθλη καὶ μάσθλης, δέρμα, καὶ ὑπόδημα φοινικοῦν, καὶ ἡνία, διφθέρα.* Adde Zonaram p. 1332. et Photium p. 182. Lectionem *μάλης* Gaisfordus componit cum loco Hephaestionis p. 13. *προτάσσεται τὸ σ̄ τοῦ λ̄, κατὰ πάθος, ὡς ἐν τῷ μάσλης:* sic enim Gaisfordus e cod. C. pro vulgato *ἀμάσλης*. Ceterum Pollux hoc *Λύδιον καλὸν ἔργον* cum *Τυῤῥηνικοῖς* nonnisi ob communionem originis videtur coniunxisse, quae inter gentes illas intercedere putabatur: uti arbitratur etiam I. H. Vossius Ep. myth. T. I. p. 108. 109.

LXXXIV.

Scholiasta Apollonii Rhodii I, 727. *Ἐρευθήεσσα ἡ τοῦ Ἰάσονος δίπλαξ, ἀντὶ τοῦ πυῤῥὰ, ὑπέρυθρος. καὶ ἔστι παρὰ τὸ Σαπφικόν· Παντοδαπαῖς μεμιγμένα χροιαῖσιν.*

Omnigenis mixta coloribus. Iridem dici opinantur Ursinus et Volgerus: quoniam autem Apollonii *ἐρευθήεσσα* dispar est nostrae formulae, videndum est, an comparatio insit rei descriptae, et Sappho his verbis eandem laenam Iasonis designaverit. Nam de Medeae rebus eam dixisse, apparet ex fragm. CXXI.

LXXXV.

Scholiasta Apollonii Rhodii I, 1123. *Χεράδες λέγονται οἱ μικροὶ σωροὶ τῶν λίθων, ὡς φησι Δημήτριος ὁ Σκήψιος, κατὰ τὴν Ἀπολλωνιατῶν διάλεκτον τῶν ἐν Πόντῳ. μέμνηται καὶ Σαπφώ· Μὴ κενὴ χεράδος. καὶ Ὅμηρος· Ἅλις χεράδος περιχεύας.* Eadem habet Etym. M. p. 808, 35, sed praepositis verbis: *Χεράδες, τὰ παραθαλάσσια σκύβαλα, παρὰ τὸ χεῖσθαι ῥᾳδίως*, et omisso loco Homerico, qui est Iliad. *φ*. 319; ipsa Sapphonis verba emendate sic ibi scribuntur: *Μὴ κίνει χεράδας. Noli limum tangere.* Vis proverbii eadem est, quae locutionis Atticorum, *μὴ κίνει κακὸν εὖ κείμενον*, de qua post Schol. Plat. in Phileb., Suidam, Diogenianum 6, 54. Append. Vatic. 2, 79. Apostolium Provv. 12, 95. dixit Erasmus Adag. p. 44, unde Sophocles Oed. Col. 510. *δεινὸν μὲν τὸ πάλαι κείμενον ἤδη κακὸν ἐπεγείρειν.* Similiora nostri sunt haec, *μὴ κάρφος κίνει*, minus recte explicatum a Dio-

geniano 6, 67. Apostolio 12, 99. et Erasmo p. 652, et *κινεῖς τὸν ἀνάγυρον*, tractatum a Suida, Zenobio 2, 55. Diogeniano 1, 25. Apostolio 11, 41. Erasmo p. 45. Addit hoc, *κόνιν φυσᾷς*, Diogenianus 1, 52. Sed diversum est *πάντα λίθον* vel *πέτρον κινεῖν*, *omnia moliri*, de quo consule Fischerum ad Well. III, 1. p. 258. et Elmsleium ad Eurip. Heracl. 1002.

LXXXVI.

Etymologicum Magnum p. 250, 10. *Δαύω, τὸ κοιμῶμαι. Σαπφώ· Δαύοις ἁπαλᾶς ἐτάρας ἐν στήθεσιν. λέγει δὲ Ἡρωδιανὸς, ὅτι ἅπαξ ἡ λέξις παρὰ Σαπφοῖ.*

Cubes tenerae amicae in sinu. Praeter *δαύω* et *δαύειν*, de quo mentio fit etiam p. 283, 56, quamquam ibi in cod. Paris. 346. est *ξαύειν*, in cod. Taurin. 165. fol. 18. verso *ἰαύειν*, item in Etym. Gud. p. 131, 25. 134, 41. 135, 23. apud Orionem p. 50, 18. Hesychium, Zonaram, hanc quoque glossam habet Hesychius: *ἔδαυσεν, ἐκοιμήθη.*

LXXXVII.

Etymologicum Magnum p. 449, 32. *Θείομεν· ὑποτακτικὸν δευτέρου ἀορίστου, ἔχον διαίρεσιν καὶ πλεονασμόν· Ὄφρ' ἂν ἐγὼ βείω· καὶ τὸ ἐὰν στῶ· Μήπως με περιστείωσ' ἕνα πολλοί. ὥσπερ δαμῶ δαμείω, οὕτω θῶ θείω, καὶ παρὰ Σαπφοῖ· Ὄττινας γὰρ εὖ θέω, κεῖνοί με μάλιστα σίνονται· τοῦτο ἐν πλεονασμῷ· Θείω ἀναρπάξας. εἶτα ἀκολουθεῖ θείωμεν, καὶ κατὰ συστολὴν θείομεν.*

Quibuscunque enim benefeci, illi me maxime violant. Recte Blomfieldus *κῆνοι:* prave idem *θῶ*, neque curiosius expositionem Grammatici Toupius attendit, quum Emendd. in Hesych. III. p. 301. *οὕτω θῶ θείω*, et in fragmento Sapphonis *εὖ θείῳ* scribi iubet. Volgerus *σίνοντ'*, hendecasyllabi Sapphici gratia. *Εὖ τιθέναι τινὰ* est *ποιεῖν εὖ ἔχειν:* exempla formulae, quamquam in omnibus est accusativus rei, vide apud Elmsleium ad Eurip. Med. 896. Simile est hoc Xenophontis, *τιθεὶς τὰ τῶν φίλων ἀσφαλῶς*, Ages. 11, 12. collatum a Kustero de verb. med. 1, 47. Loci Homerici sunt Iliad. ζ. 113. ρ. 95. π. 437.

LXXXVIII.

Priscianus lib. VI. p. 723. Putsch. 284. Krehl., postquam nomina quaedam Graeca in $\overline{\text{ευς}}$ exeuntia a Latinis Dores secutis syllaba $\overline{\text{es}}$ terminari docuit, haec adiicit: *Et contra tamen in quibusdam es productam terminantibus fecerunt Graeci poetae, eus pro es proferentes, Ἀντιφατεὺς pro Ἀντιφάτης, Γηρυονεὺς pro Γηρυόνης, Λαρεὺς pro Λάρης, ut Sappho: ὁ Λαρεὺς φὴν εἶκεν, ἄφετον, ἀγνῇ βία.* Ita haec apud Putschium scribuntur, unde Blomfieldus: *ὁ Λαρεύς σφιν εἶκεν ἄφετον ἄγην βίον.* Sed cod. Heidelb. *ο δαρευς φαισει κεναφεστον ατειυβια.* Cod. Erlang. 1. *ωδαρηυς. φαυσην κηνα φυστω νατειυβια.* Cod. Erlang. 2. *ο ααρηις φαισει. κηνα. φεσγου αγειν βια.* Cod. Lips. 1. *ο αλρευς φαι εσι κεν αφεστον αγειν βια.* Cod. Lips. 2. *ο δαρηυς. φαισηι. κηναφηι γοναγγιηβια.* Cod. Dresd. *ω δαρευσφνσε η κενα φκσ τονατκιεβια.* Hinc Hermannus, consultus a Krehlio: *ὁ Λαρεὺς φαὶς, εἶκεν Ἄφαιστον ἄγῃ βίᾳ*, arbitratus de Darete Homerico agi, Vulcani sacerdote, qui inducitur Iliad. ε. 9. seqq. Aperte satis istae varietates produnt lectiones *φαὶς* et *Ἄφαιστον: ἄγειν* pa-

riter oblatum retineri poterat, cum participio φαὶς constructum. Quibus verbis iunctum fuerit ut contrarium εἶκεν, *cessit:* si enim ordo verborum perturbatior videtur, similis traiectionis exempla praebent Elmsleius ad Eurip. Med. 460. et Reisigius Comm. crit. de Sophocl. Oed. Col. 9. Sed quis est hic Dareus vel Dares, qui adversus Vulcanum potuit in certamen descendere? Nec sacerdoti dei nec ulli mortali homini illud convenit. Praeterea probabile est, in terminationem ευς nonnisi illa nomina vulgo in ης cadentia deflexa esse, quorum genitivi ος purum habent: Ἄρης nominis genitivus est Ἄρητος. Nec vacat offensione articulus in nomine proprio, nisi inseratur particula. Habebis particulam insertam, habebis nomen flexionis modo designatae, habebis vocabulum eius, qui cum Vulcano possit decertare, si scripseris ὁ δ' Ἄρευς: *Mars vero cessit, minatus se Vulcanum vi abducturum.* Ἄρευς ut Aeolium expresse notatur ab Eustathio in Iliad. ε. p. 392. et a Choeroboscο in Theodosii Gramm. p. 1237. 1340. in Anecdd. Gr. Bekkeri. Infinitivus praesentis illi verbi φάναι interpretationi non repugnat, ut monuimus in fragm. XVI. De Martis Vulcanique contentione nihil aliunde cognitum est: certe possunt pariter inter se litigasse, ac Minerva et Neptunus de urbe Athenarum, vel Mercurius et Mars secundum versum Corinnae, quem Apollonius servavit de Pronom. p. 95. Priscianus autem, si apud Graecum scriptorem, Herodianum fortasse, ex quo superiora fatetur petita, versum Sapphonis tuendae formae Ἄρευς adscriptum viderat, postquam neglecto apostropho Δαρεὺς legit, idem nomen in ipsam observationem intulit. Quos vero comparat nominativos Ἀντιφατεὺς et Γηρυονεὺς, hi fortasse, nusquam lecti, excogitati sunt ob casus obliquos Ἀντιφατῆα, Γηρυονῆϊ, Γηρυονῆα, quos habent Homerus Odyss. κ. 114. et Hesiodus Theog. 287. 309.

LXXXIX.

Apollonius de Pronom. p. 136. de pronomine possessivo personae tertiae: Αἰολεῖς μετὰ τοῦ F κατὰ πᾶσαν πτῶσιν καὶ γένος· Τὸν ἐὸν παῖδα καλεῖ. Σαπφώ.

Filium suum vocat. Reitzius ad Is. Vossii Exc. p. 432. et Bekkerus Fεὸν, rectius fortasse Heynius Exc. II. ad Iliad. υ. 384. et Volgerus Fόν.

XC.

Apollonius de Pronom. p. 144. Αἰολεῖς ἀμμέτερον καὶ ἄμμον καὶ ὔμμον καὶ σφόν. Σαπφώ· Ἐμὲ τιμίαν ἐποίησαν, ἔργα τὰ σφὰ δοῖσαι.

Me honorabilem fecerunt, opera sua tribuentes. Musas intelligit Volgerus. Codex ερτατα σφαδοισαι: correxit Is. Vossius Exc. p. 433, qui ipse ex libro prodidit σφαδοισας.

XCI.

Choeroboscus περὶ τῶν εἰς ω θηλυκῶν in Aldi Cornu copiae p. 268, genitivum ab Aeolibus et Laconibus syllaba ως terminari docet: καὶ δηλοῦσιν αἱ χρήσεις οὕτως ἔχουσαι· Τὸ δὲ ἐκ Σαπφῶς ἀμελγόμενος μέν τοι φέρω· καὶ παρ' αὐτῇ τῇ Σαπφοὶ· Μάλα δὴ κεκορημένη στοργᾶς.

Ex ipso Aldo Volgerus profert *κεκορημένου στόργος*, Ursinus p. 289. scribit *κεκορημένος στόργος*. Toupius ad Longin. fragm. 3. reponendum vidit genitivum in *ως* cadentem, vel *Στοργῶς* vel *Γοργῶς*. Verum non dubie est nomen posterius, licet autem accentum Aeolicum ab Aldo conservatum retinere. Sed hoc, *Μάλα δὴ κεκορημένα Γόργως*, *Admodum pertaesa Gorgonis*, de amica nescio qua dictum putemus, non de ipsa poetria, quae potius se ab illis deseri queratur, quam ultro eas repudiet. Blomfieldo placet: *Μάλα δὴ κεκόρημαι τᾶς Γοργῶς*.

XCII.

Athenaeus XII. p. 554. b. *Φυσικὸν δή τι τὸ τοὺς οἰομένους εἶναι καλοὺς καὶ ὡραίους ἀνθολογεῖν, ὅθεν αἵ τε περὶ τὴν Περσεφόνην ἀνθολογεῖν λέγονται, καὶ Σαπφὼ φησιν ἰδεῖν ἄνθε' ἀμέργουσαν παῖδ' ἄγαν ἁπαλήν.*

Vidisse se flores decerpentem puellam perquam teneram. Blomfieldus poetriam scripsisse censet *Γίδον*, deinde *παῖδα τὰν ἁπαλάν*. Certius restituetur *ἀμέργουσαν*. De verbo *ἀμέργειν* vide Hesychium v. *ἀμεργομένη* cum nota Abreschii.

XCIII.

Plutarchus de cohibenda ira p. 482. *Ἐν ὀργῇ δὲ σεμνότερον οὐδὲν ἡσυχίας οὔσης, ὡς ἡ Σαπφὼ παραινεῖ, σκυδναμένης ἐν στήθεσιν ὀργῆς πεφυλάχθαι γλῶσσαν μαψυλάκταν.*

Sparsa pectoribus ira custodire linguam frustra latrantem. Sic Wyttenbachius haec edidit e codice: olim enim illa verba Tragico alicui tributa sunt ab H. Stephano in Thes. L. Gr., mox Pindaro a Schneidero. *Μαψυλάκας* quia apud Pindarum legitur casu nominativo Nem. 7. extr., hoc quoque loco Volgerus scribi vult *μαψυλάκαν*, tamquam in metro anapaestico. Quod Boeckhius Nott. crit. in Pind. l. c. monet non esse nisi masculini generis, ipse talia Sapphonem dedisse suspicatus: *Σκυδναμένας ἐνὶ στήθεσσιν ὀργᾶς Ἐκπεφύλαχθε γλῶσσαν μαψυλάκταν*.

XCIV.

Athenaeus XV. p. 690. e. postquam duo unguentorum genera, *βρένθιον* et *βασίλειον*, ex Pherecrate et Cratete commemoravit: *Σαπφὼ δέ*, inquit, *ὁμοῦ μέμνηται τοῦ τε βασιλείου καὶ τοῦ βρενθείου, λέγουσα οὕτως· Βρενθείῳ βασιλήῳ*.

Brentheo regio. Vulgo *τοῦ βρενθίου* et *βρενθίῳ βασιλείῳ*. Illud Schweighaeusero obtulit codex uterque, nisi quod membranae *ι* dativorum omittunt. Sequitur Blomfieldus. *Βρένθιον*, ait Pollux VI, 19, 104. *ἐκ Λυδίας*. Lex. Rhet. p. 228. in Bekkeri Anecdd. Gr. et Etym. M. p. 212, 41. *Βρένθειον, μῦρον τῶν παχέων, ὡς ἡ βάκχαρις· οἱ δὲ, ἀνθινὸν μῦρον*. Haec scriptura reperitur etiam Etym. M. p. 230, 27. Etym. Gud. p. 337, 34. Eustath. in Iliad. ξ. p. 962. Bas. *Βρενθεῖον* habet Orion p. 36, 5. *Βρένθιον*, quod praeter Pollucem Hesychius habet, ut in iambis lectum annotatur in Etym. M. p. 212, 50.

XCV.

Athenaeus II. p. 57. d. trisyllabum esse apud Sapphonem ὤϊον ostendens, praeter fragm. XXX. hoc alterum profert: *Ὠίου πολὺ λευκότερον. Ovo multo candidius.*

XCVI.

Demetrius de elocut. c. 162. *Τοῦ αὐτοῦ τῆς ὑπερβολῆς εἴδους καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστιν· ὑγιέστερος κολοκύντης, καὶ φαλακρότερος εὐδίας· καὶ τὰ Σαπφικά· Πολὺ πακτίδος ἀδυμελεστέρα, Χρυσῷ χρυσοτέρα. πᾶσαι γὰρ αἱ τοιαῦται χάριτες ἐκ τῶν ὑπερβολῶν εὕρηνται, καίτοι διαφέρουσιν.* Idem c. 127. *Τὸ χρυσῷ χρυσοτέρα, τὸ Σαπφικὸν, ἐν ὑπερβολῇ λέγεται καὶ αὐτὸ καὶ ἀδυνάτως, πλὴν αὐτῷ γε τῷ ἀδυνάτῳ χάριν ἔχει, οὐ ψυχρότητα. ὃ δὴ καὶ μάλιστα θαυμάσειεν ἄν τις Σαπφοῦς τῆς θείας, ὅτι φύσει κινδυνώδει πράγματι καὶ δυσκατορθώτῳ ἐχρήσατο ἐπιχαρίτως.* Confert Schneiderus haec Gregorii Comment. in Hermog. p. 914. *Αἰσχρῶς μὲν κολακεύει τὴν ἀκοὴν ἐκεῖνα, ὅσα εἰσὶν ἐρωτικά· οἷον τὰ Ἀνακρέοντος, τὰ Σαπφοῦς· οἷον γάλακτος λευκοτέρα, ὕδατος ἁπαλωτέρα, πηκτίδος ἐμμελεστέρα, ἵππου γαυροτέρα, ῥόδων ἁβροτέρα, χρυσοῦ τιμιωτέρα, ἱματίου ἑανοῦ μαλακωτέρα.*

Multo pectide modulatior, auro aurea magis. Componit cum his Ursinus p. 290. Virgiliana Ecl. 7, 37, quae ducta sunt ex Theocrito 11, 20, unde nonnulla videntur in locum Gregorii transiisse. Adde Catullum 25. princ.

XCVII.

Maximus Tyrius dissert. XXIV. *Διοτίμα λέγει, ὅτι θάλλει μὲν Ἔρως εὐπορῶν, ἀποθνήσκει δὲ ἀπορῶν· τοῦτο Σαπφὼ ξυλλαβοῦσα εἶπε γλυκύπικρον καὶ ἀλγεσίδωρον. τὸν Ἔρωτα Σωκράτης σοφιστὴν λέγει, Σαπφὼ μυθοπλόκον.*

De dictis Diotimae et Socratis inspice Platonem Convivio p. 203. e. *Γλυκύπικρος* de amore est fragm. XXXVII. Nomini *μυθοπλόκος* simillimum est *δολοπλόκος*, Veneri inditum carm. I, 2.

XCVIII.

Moschopulus Opusc. p. 86. ed. Titz. hoc exemplum proverbii ponit: *Ὡς παρὰ Σαπφοῖ· Μήτ' ἐμοὶ μέλι μήτε μέλισσα.*

Neve mihi mel neve apis esto. Codicis vitiosam in sede ultima lectionem *μάλιστα* correxit Titzius. Diogenianus 6, 58. *Μηδὲ μέλι μηδὲ μελίσσας· ἐπὶ τῶν μὴ βουλομένων παθεῖν τι ἀγαθὸν μετὰ ἀπευκτοῦ.* Quo in loco A. Schottus observat Sapphoni hoc tribui a Tryphone: *Μήτ' ἐμοὶ μέλι μήτε μέλιττα.* Confer Append. Vatic. 2, 83. Apostolium 12, 96. Suidam, Erasmum p. 209. 649.

XCIX.

Eustathius in Iliad. e. p. 459. Bas. *Ἐν δὲ τοῖς τοιούτοις λέγει ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης καὶ ὅτι τὸ συνεστραμμένον πνεῦμα καὶ καταράσσον ἄνεμον κατάρη λέγουσιν ὁ Ἀλκαῖος καὶ ἡ Σαπφὼ, διὰ τὸ κατωφερῆ ὁρμὴν ἔχειν.*

Quemadmodum *κατάϊξ* et *καταιγὶς* a verbo *καταΐσσειν*, sic *κατάρης* derivatur a verbo *καταίρειν*, quod et ipsum de ventis pariter atque *καθάλλεσθαι* usurpatur, ut apud Aristidem orat. Aegypt. p. 341.

C.

Pollux VI, 16, 98. *Μεσόμφαλοι φιάλαι καὶ βαλανιόμφαλοι τὸ σχῆμα προσηγορίαν ἔχουσι· χρυσόμφαλοι δὲ τὴν ὕλην, ὡς αἱ Σαπφοῦς χρυσαστράγαλοι.* Quales hae sint phialae *χρυσαστράγαλοι*, declarat Pollux §. 99. dum scribit: *ὁ ψυκτὴρ οὐκ ἔχει πυθμένα, ἀλλ' ἀστραγαλίσκους.* Erant, quae non haberent fundum stabilem, sed variae figurae pedibus insisterent. Talis est, de qua Athenaeus Epit. XI. p. 502. b. *ἐκαλεῖτο δέ τις καὶ βαλανωτὴ φιάλη, ἧς τῷ πυθμένι χρυσοῖ ὑπέκειντο ἀστράγαλοι.* Subiungit *καρυωτὰς φιάλας χρυσᾶς.* Aliae erant *ὀμφαλωταί*, suis umbonibus stantes.

CI.

Pollux VII, 13, 48. inter vestimenta viris feminisque communia nominat *βεῦθος, ὡς Σαπφώ.* Sed et ex margine cod. August. et cod. Voss. *βέδος* profertur, et apud Hesychium et in Etym. M. p. 195, 47. scribitur *βεῦδος*, apud Zonaram *βεύδεον*, in Etymologico additis talibus Herodiani Didymique notationibus originis, quae his quidem istam scripturam probatam esse ostendant. *Σημαίνει δέ*, inquit, *τὰ ποικίλα ἢ πορφυρᾶ ἱμάτια.* Praeter exemplum Callimachi ibidem laudatum Heinsius Hesychio adscripsit versus quosdam, qui in Parthenii Erot. c. 11. leguntur.

CII.

Phrynichus Appar. sophist. p. 33. in Bekkeri Anecdd. Gr. *Γρυμεῖα: ἣν οἱ πολλοὶ γρύτην καλοῦσι. Λίφιλος ἄνευ τοῦ ῑ γρυμέαν. ἔστι δὲ παρ' Ἀθηναίοις πήρα τις γρυμέα καλουμένη, ἐν ᾗ παντοῖα σκεύη ἐστί. Σαπφὼ δὲ γρύτην καλεῖ τὴν μύρων καὶ γυναικείων τινῶν θήκην.* De parte priore observationis vide interpretes Phrynichi Ecl. p. 230. et Hesychii v. *γρυμαία.* Zonaras: *Γρυμαία, ἡ σκευοθήκη. Γρυταί, ἐπισκευαί.*

CIII.

Lexicon Seguerianum p. 370. *Ἄκακος· ὁ κακοῦ μὴ πεπειραμένος, οὐχ ὁ χρηστοήθης. οὕτω Σαπφώ.* Quem plerumque *ἀκάκωτον* dicunt, quum *ἄκακος* fere dicatur, qui mali nihil perpetrat. Quemadmodum *ἄλυπα* proprie sunt, quae molestiam non facessunt, tum *ἄλυποι* a poetis dicuntur, qui vacui sunt a dolore. Eadem res accidit in aliis pluribus.

CIV.

Phrynichus Epit. p. 305. *Νίτρον: τοῦτο Αἰολεὺς μὲν ἂν εἴποι, ὥσπερ οὖν καὶ ἡ Σαπφὼ διὰ τοῦ ν̄· Ἀθηναῖος δὲ διὰ τοῦ λ̄, λίτρον. Νίτρον* vulgare esse docent etiam Moeris p. 246. Photius p. 167. Gregorius Corinthius p. 148. laudati Lobeckio.

CV.

Iulianus Epist. 18. *Ἵνα σέ, τὸ μέλημα τοὐμὸν, ὥς φησιν ἡ Σαπφω, περιπτύξωμαι.* Iulianum imitatur Theodorus Hyrtacenus Epist. 15. 40. in Mss. Bibl. Reg. Paris. T. V. *καταπαῦσαι πρὸς σέ, τὸ ἐμὸν μέλημα, Σαπφὼ φησιν ἡ σοφή.* Quem locum laudat Blomfieldus. *Ἐμὸν μέλημα* in loco melico legitur apud Aristophanem Eccles. 1016, *τοὐμὸν μέλημα* apud Aristaenetum II, 5. Confer Koenii et Schaeferi notas ad Gregor. p. 182.

CVI.

Iulianus Epist. 19. *Σαπφὼ ἡ καλὴ τὴν σελήνην ἀργυρέαν φησὶ, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων ἀστέρων ἀποκρύπτειν τὴν ὄψιν.* Extrema referuntur ad fragm. III; nec tamen certum est, ibidem argenteam lunam nominatam esse, etsi Iulianus ex duobus poetriae dictis alterum ab altero pendere significat. Argenteam lunam breviter tangit Wernsdorfius ad Himer. Or. 1, 20.

CVII.

Hesychius v. *Ἕκτορες: Πάσσαλοι ἐν ῥυμῷ, Σαπφὼ δὲ τὸν Δία, Λεωνίδης τὸν κροκύφαντον. Ἕκτωρ* est quicunque tenet: sic dixerunt nonnulli apud Homerum Il. ω. 272. paxillum, qui vulgo scribitur *ἕστωρ*, sic Leonidas reticulum, sic Sappho Iovem. Similiter translata ob vim compositionis ad deos hominum vocabula vide apud Casaubonum in Athen. III. p. 99. b. Valckenarium in Herod. VI, 56. Meinekium in Euphor. 94.

CVIII.

Photius Lexico v. *Θάψος: ξύλον ᾧ ξανθίζουσι τὰ ἔρια καὶ τὰς τρίχας, ὃ Σαπφὼ Σκυθικὸν ξύλον λέγει.* Et Scholiasta Theocriti 2, 88. *Θάψος ἐστὶ ξύλον τι, ὃ καλεῖται σκυθάριον, ἤγουν Σκυθικὸν ξύλον, ὡς φησι καὶ Σαπφώ· τούτῳ δὲ τὰ ἔρια βάπτουσι, καὶ ποιοῦσι μήλενα, καὶ τὰς τρίχας ξανθίζουσιν.* Nondum cognito Photii loco Eichstadius Quaest. philol. Spec. I. p. 61. a Scholiasta *θάψος* Sapphoni tribui arbitratus, illud vocabulum carm. II, 14. inferre conabatur; verum apud hunc ipsum verba *ὡς φησι καὶ Σαπφὼ* commodius cum proximo vocabulo *Σκυθικὸν ξύλον* coniunguntur, id quod senserunt A. Schneiderus et Volgerus, nunc vero Photii testimonio omnis dubitatio sublata est.

CIX.

Etymologicum Magnum p. 174, 48. *Ἄὔως ἡ ἠὼς, τουτέστιν ἡ ἡμέρα· οὕτω λέγεται παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι. Σαπφώ· Πότνια αὔως. Sancta aurora.* Subiicitur fragm. LXVIII. Vulgatam lectionem, *Ἄὔως ὁ ἠὼς, τουτέστιν Ἥρη*, ex Etym. Paris. et Sorbon. correxit Bastius ad Gregor. p. 612. *Ἡ ἡμέρα* legitur etiam in Etym. Gud. p. 95, 23. 28.

CX.

Synesius Epist. 3. p. 160. *Ὁ δὲ ἀδικούμενος Ἁρμόνιός ἐστιν ὁ τοῦ θυρωροῦ πατὴρ, ὡς ἂν εἴποι Σαπφὼ, τὰ μὲν ἄλλα σώφρων καὶ μέτριος ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν βίῳ γενόμενος, ἀλλ' ὑπὲρ εὐγενείας ἀμφισβητῶν τῷ Κέκροπι διετέλεσεν.*

CXI.

Scholiasta Venetus Iliad. γ. 219. *Ἴδρις· ταύτης τῆς εὐθείας ὀφείλει γενικὴ ἐκπίπτειν ἰΐδρεος, καὶ ἰΐδρεϊ. οὐ γὰρ δή γε διὰ τοῦ ō, οὐ γάρ ἐστι παρώνυμον μακρᾷ παραληγόμενον, ἀλλ' ὡς τὸ ἔχις πόσις ὄφις, οὕτως ὀφείλει κλίνεσθαι· ὥστε ἐκ τοῦ ἐναντίου ἁμάρτημα τὸ παρὰ τῇ Σαπφοῖ τὸ πολυΐδριδι, εἰ μὴ ἄρα ὁμοίως τοῖς Ἀττικοῖς ἐκλίθη· ὁ γὰρ Σοφοκλῆς ἴδριδα ἔφη τὴν αἰτιατικὴν, ὅ τε Φρύνιχος τὴν εὐθεῖαν ἴδριδες.* Hinc sua sumpserunt Etym. M. p. 42, 37. et Eustathius in Iliad. γ. p. 309. Bas. De flexione ista consule Lobeckium ad Phryn. p. 326.

CXII.

Etymologicum Magnum p. 77, 3. *Ἀμαμαξὺς, ἡ ἀναδενδρὰς, παρὰ τὸ ἀμμίξαι, ἡ συνδεδεμένη· ἀναδεσμοῦνται γὰρ αἱ ἀναδενδράδες· ἀμμιξὺς, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ᾱ καὶ τροπῇ ἀμαμαξύς. Ἐπίχαρμος· Ἐν γᾷ καὶ θαλάσσᾳ οὐδ' ἀμαξύας φέρει· Σαπφὼ διὰ τοῦ ὁ λέγει ἀμαμαξύδες. Μεθόδιος.* Sed Choeroboscus ad Theodosium fol. 175. in Bekkeri Anecdd. Gr. p. 1317. *Ἄμαξυς ἀμάξυος, σημαίνει δὲ ἄμπελον ἀναδενδράδα· τὸ γὰρ παρὰ Σαπφοῖ ἀμάξυδος παράλογόν ἐστιν.* Et Suidas v. *Ἀμάμυξις: σταφυλῆς γένος· οἱ δὲ τὴν ἀναδενδράδα οὕτως καλεῖσθαι. ἔστι δὲ καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ καὶ παρὰ Σαπφοῖ τὸ ὄνομα.* Ac v. *Ἀναδενδράδα: σταφυλῆς γένος· οἱ δὲ τὴν ἀνάμιξιν οὕτω καλεῖσθαί φασιν. εὕρηται δὲ καὶ παρὰ Ἐπιχάρμῳ καὶ Σαπφοῖ τὸ ὄνομα.* Denique Hesychius v. *Ἀμάμυξ: ἄμπελος ἢ γένος σταφυλῆς.* Et v. *Ἀμαξίς: γένος σταφυλῆς ἀπὸ ἀναδενδράδος. καὶ τὸ μακρὸν ἀμάξιον Ἀττικοὶ οὕτως καλοῦσιν.* In ultima glossa mixta sunt duo vocabula *ἀμαξὶς* et *ἄμαξυς*. Sed quum reliqua corruptelae manifesta sint, hoc potest dubitari, *ἀμάμαξυς* an *ἄμαξυς* verum habeatur. Quum tamen in Matronis versibus apud Athenaeum IV. p. 137. b. et in Aristophanis Vesp. 344. quadrisyllabum vocabulum metrum exigat, quumque hoc ipsum Aristophanis *ψευδαμάμαξυς* apud Hesychium similiter decurtatum sit, iure statuere videtur Schneiderus in Lexico, genuinum esse *ἀμάμαξυς*, quemadmodum Volgerus in fragmento Epicharmi *ἀμαμαξύας* scripsit. Aspero spiritu signat cum Matrone Eustathius in Odyss. ε. p. 208. Bas. Eiusdem flexionis exempla, ob quam Sappho notatur, Choeroboscus profert *θήλυδος* ex Sophocle et *Παλάμυδος* ex Aeschylo, ad Theodos. 123. 126. in Bekkeri Anecdd. Gr. p. 1381. 1408.

CXIII.

Etymologicum Magnum p. 759, 35. *Οἱ Αἰολεῖς φασι, Τιοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν, ὡς παρὰ Σαπφοῖ.* Apollonius vero de Syntaxi II. p. 111. extr. *σχεδὸν ἅπασαι,* inquit, *αἱ πτωτικαὶ πεύσεις ἐν τῇ εἰς ōς καταλήξει ἐγένοντο, ποῖος, πόσος, πηλίκος, ποδαπός· πρόσκειται τὸ σχεδὸν διὰ τὸ τίς, ὅπερ οὐδὲ αὐτὸ ἐκτός ἐστι τῆς εἰς ōς καταλήξεως, εἴγε τὸ τίοις παρ' Αἰολεῦσι τῆς εἰς ōς εὐθείας ἔτυχεν. Τίοις* Bekkerus cum ed. Ald. et codd. ACD. Cod. B. *τοῖος*. Sylburgius *τίος*, de coniectura, ut Bekkero videtur, Porti. Rectiorem accentum formaeque originem ostendimus in fragm. XXXIV. Formula ista, *quibus oculis intuear*, usitata est in iis, quae pudor fieri vetat. Exempla praebet Dorvillius in Charit. p. 460. Adde

Herod. I, 37. Aeschin. in Ctesiph. c. 38, 10. Nec multum distant haec Sophoclis, *πῶς βλέπων*, Philoct. 110, *ποῖον ὄμμα δηλώσω, πατρί*, Aiac. 462, et Euripidis, *ποῖον ὄμμα συμβάλω*, Iphig. Aul. 445.

CXIV.

Apollonius de Adverb. p. 596. *Ὃν τρόπον καὶ ἐπ' ὀνομάτων μεταπλασμοὶ γίνονται, καθάπερ τὸ ἐρυσάρματες, τὸ λῖτα, τὸ παρὰ Σαπφοῖ αὐα, τὸ πυργοκέρατα παρὰ Βακχυλίδῃ, δυνατὸν καὶ ἐπὶ τοῦ ἔναγχος γεγενῆσθαι τὸν σχηματισμόν.* Koenius in Gregor. p. 443. scribit *τὸ παρὰ Σαπφοῖ ἄνα*, idque Bastius dictum suspicatur pro *ἄνασσα*, quem usum nominis *ἄναξ* ex Aeschylo memoriae prodidit Suidas, apud Pindarum Pyth. 12, 3. Critici agnoscunt. At hoc metaplasmis annumerari non debebat. Quod Bekkerus ex codice edidit, *αὐα*, mutilatum putes ex *ναῦα*, accusativo Aeolico nominis *ναῦς*, qui Ionico *νῆα* satis defenditur, Grammaticis tamen anomalus videri poterat. An vere scribitur Etym. Gud. p. 95, 21. *τὴν ἠῶ οἱ Αἰολεῖς αὔαν φασίν*, et Etym. M. p. 174, 38. *παρὰ τὴν αὔαν Αἰολικῶς τὴν ἡμέραν.* Quamquam fatendum est, utroque loco admisceri *αὔος* et *αὔον*, quare Sylburgius et *αὔον* et *αὔαν* mutanda putat in *αὐῶ*, quod reperitur Etym. M. p. 171, 1.

CXV.

Choeroboscus ad Theodosium in Bekkeri Anecdd. Gr. p. 1389. *Κίνδυν κίνδυνος· οὕτω δὲ ἔφη Σαπφὼ τὸν κίνδυνον. ὁ γοῦν Ἀλκαῖος τὴν δοτικὴν ἔφη τῷ κινδύνῳ. αὕτη δὲ ἡ κίνδυνος γενικὴ μετάγεται εἰς εὐθεῖαν, καὶ γίνεται ὁ κίνδυνος, ὥσπερ ὁ ψὰρ τοῦ ψαροὺς καὶ ὁ ψάρος, ὁ Τρὼς τοῦ Τρωὸς καὶ ὁ Τρωός.* Codex *ὁ φὰρ τοῦ φαροὺς καὶ ὁ φάρος*: correxit Bekkerus ex Etym. M. p. 514, 44. Etym. Gud. p. 322, 25. ubi eadem, omissis poetarum nominibus, leguntur. Nominativus *κίνδυν* dubitamus num in libris Sapphonis inventus sit, qui possit ex formis metaplasticis effictus esse talibus, quales tractat Buttmannus gr. plen. §. 56. ann. 13.

CXVI.

Suidas v. *Ἀηδών*: *καὶ ἀηδοῦς, ὡς Σαπφὼ κατὰ Μιτυληναίους.* Scholiasta Sophoclis Aiac. 623. *ἡ ἀηδὼ δὲ κατὰ Μιτυληναίους.* Quae secundum Suidam interpolavit Brunckius. Sappho si ea flexione usa est, saltem scripsit *ἀηδῶς*: sed forsan hoc *ὡς Σαπφὼ* ut exemplum eius declinationis additum est, quam *ἀηδὼν* interdum sequatur.

CXVII.

Scholiasta Venetus Iliad. ξ. 241. *Τῷ χαρακτῆρι γενόμενον ὅμοιον τῷ ἰοίην καὶ ἀγαγοίην παρὰ Σαπφοῖ καὶ τῷ πεπαγοίην παρ' Εὐπόλιδι, εἰκότως ἐβαρυτονήθη τὸ ἐπισχοίης.* Huic *ἀγαγοίην* simillimum est *λαχοίην* in versibus Sapphicis incerti auctoris apud Apollonium de Synt. III. p. 246, quod notat tamquam Atticum Phavorinus Ecl. p. 282. Dind., ex Attico *λαχοίην* apud Aeoles fieri *λαχόην* legitur in Etym. M. p. 558, 28. Et *ἀγαγοίην* et *λαχοίην* aoristi sunt: attamen Apollonius de Coni. p. 524. affert *λεγοίη*, *φεροίη*. Dice-

mus igitur doctissimum Grammaticorum flexum in verbis contractis et in aoristo secundo legitimum male ad barytonorum tempus praesens traduxisse? Nam verbis *λέγειν* et *φέρειν* ubique veteres in exemplis declinationis utuntur, ut obiici nequeat, ipsorum usum illorum *λεγοίη* et *φεροίη* Apollonii auctoritate a dubitatione vindicari.

CXVIII.

Orion Thebanus p. 8, 11. *Ἄβρὸς, ὁ κούφως βαίνων, κατὰ στέρησιν τοῦ βάρους· οὕτως ἐν ὑπομνήματι Ἀνακρέοντος εὗρον. Ὅμηρος, παρὰ τὸ τῇ ἄμεν αἴρεσθαι καὶ ὀρύττεσθαι. οὕτως ἐν ὑπομνήματι Σαπφοῦς.* Codex *κοῦφος*: emendarunt Larcherus, et Bastius ad Gregor. p. 576. *Ὅμηρος* ut importunum delet Larcherus, qui deinde, quoniam haec in codice legere sibi visus est: *παρὰ τὸ τῇ ἄνευ αἴρεσθαι*, inserit *βίας* post voculam *ἄνευ*. Bastius vero, qui *ἄμεν* in libro esse testatur, recordatus locum Etym. M. p. 77, 19. *ἀμάρα· παρὰ τὸ τῇ ἄμῃ αἴρεσθαι, ἄμῃ δέ ἐστιν ἐργαλεῖον οἰκοδομικόν·* idem *ἄμῃ* Orioni reddendum vidit, pro *Ὅμηρος* autem, quam vocem codex habeat versus initio scriptam, reponendum *ἀμάρα*, quod initium sit novi articuli. Iam licet conferre Etym. Gud. p. 42, 5. *ἀμάρας· παρὰ τὸ ἅμα αἴρεσθαι καὶ ὀρύττεσθαι, ἅμα δέ ἐστιν ἐργαλεῖον οἰκοδομικόν·* et Grammaticum Darmstadinum in append. Etym. Gud. p. 622, 2. *εὐμάρας· παρὰ τὸ τῇ ἄμῃ αἴρεσθαι καὶ ὀρύττεσθαι, ἄμῃ δὲ ἐργαλεῖόν τι.* Itaque apud Sapphonem *ἀμάρα* nomen illustrandum venit.

CXIX.

Pollux VI, 19, 107. *Ἀνακρέων καὶ ἀνήτῳ στεφανοῦσθαί φησιν, ὡς καὶ Σαπφὼ καὶ Ἀλκαῖος· οὗτοι δὲ ἄρα καὶ σελίνοις.* Et Scholiasta Theocriti 7, 63. *ἀνηθίνοις δὲ ἐχρῶντο στεφάνοις, ὡς Ἀλκαῖος καὶ Σαπφώ.* Vide fragm. XLIV.

CXX.

Philostratus Senior Imagg. II, 1. *Τοσοῦτον ἀμιλλῶνται αἱ παρθένοι, ῥοδοπήχεις καὶ ἑλικώπιδες καὶ καλλιπάρῃοι, καὶ μελίφωνοι, Σαπφοῦς τοῦτο δὴ τὸ ἡδὺ πρόσφθεγμα.* Unde Aristaenetus I, 10. *Πρὸ τῆς παστάδος τὸν ὑμέναιον ᾖδον αἱ μουσικώτεραι τῶν παρθένων καὶ μειλιχίφωνοι, τοῦτο δὴ Σαπφοῦς τὸ ᾥδιστον φθέγμα.* Quo in loco fere coniecturam Merceri probant, *μειλιχόφωνοι* scribentis: nobis illud ex *μελίφωνοι*, duplicata syllaba $\overline{\lambda\iota}$, enatum videtur.

CXXI.

Ioannes Alexandrinus ton. praecept. p. 4. *Ἡ ὀξεῖα ἢ ἐν τέλει τίθεται, ἢ πρὸ μιᾶς τοῦ τέλους, ἢ πρὸ δύο· πρὸ τριῶν δὲ οὐκέτι. τὸ γὰρ Μήδειᾰ παρὰ Σαπφοῖ πεπονθὸς παραιτούμεθα, ὅτι τὴν $\overline{\varepsilon\iota}$ δίφθογγον διεῖλεν.* De diaeresi Aeolensibus usitata testimonia veterum vide apud Koenium ad Gregor. p. 583. et Sturzium ad Maittair. de dial. ling. Gr. p. 223. Accedit hoc Herodiani *περὶ μονήρους λέξεως* p. 24. *οὐδεὶς παρακείμενος διούλλαβος κατὰ τὴν συνήθειαν καὶ τὴν παλαιὰν χρῆσιν ἀπὸ τῆς οι διφθόγγου ἄρχεται, ἀλλὰ μόνος ὁ οἶδα· οἱ γὰρ περὶ Ἀλκαῖον ὄϊδα λέγουσι τρισυλλάβως.* Cuius loci interpretem

agit Choeroboscus in Theodosium, laudatus Bekkero in Apollon. Synt. p. 350. *φαίνεται ὁ Ἡρωδιανὸς λέγων ἐν τοῖς ἐπιμερισμοῖς, ὅτι τὸ σύνοιδα οὐκ ἔστιν Αἰολικὸν, ἀλλὰ ψευδαιολικόν· αἱ γὰρ δίφθογγοι Αἰολικαὶ οὐδέποτε τοῖς Αἰολεῦσι διαλύονται. οἷον τὸ τάλας καὶ μέλας καὶ ὄνειρος οἱ Αἰολεῖς τάλαις καὶ μέλαις καὶ ὄνοιρος λέγουσι, καὶ οὐ διαλύουσι τὴν δίφθογγον ἐπεὶ τούτων, ἐπεὶ Αἰολικαί εἰσιν αἱ δίφθογγοι· κατὰ γὰρ τὴν τῶν Αἰολέων διάλεκτον γεγόνασι. τὸ δὲ προίτου καὶ κοίλου διαλύουσι καὶ λέγουσι τροΐλου καὶ κοΐλου, ἐπειδὴ αἱ δίφθογγοι αὗται οὐκ εἰσὶν Αἰολικαὶ, ἀλλὰ κοιναί. εἰ οὖν τὸ σύνοιδα διαλύουσι συνόϊδα λέγοντες, δῆλον ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ οι δίφθογγος Αἰολική.* Talis diaeresis exempla Sappho praebet fragmm. XX. XXXIV. Sed accentus, de nomine *Μήδεϊα* ab Ioanne praescriptus, indicio est, diaeresim in libris Aeolensium tum etiam notatam fuisse, quum duae vocales pro una syllaba haberentur. Illa enim gens, quae in terminationibus verborum diphthongos vitabat, pro *αιος αος*, pro *ειος ηος*, pro *ειν ην* vel *εν* proferens, ex qua Boeoti etiam *κὴ* et *λεγόμενη* pronunciabant pro ceterorum Graecorum sono $\overline{\alpha\iota}$, non eandem licentiam sibi dari arbitrata in syllabis primitivis, diphthongos retinebat quidem, sed sonos sibi minus commodos ita emolliebat, ut singulas vocales distinctius, *κατὰ διέξοδον*, non ut ceterae, *κατὰ κρᾶσιν* efferret: vocabulis utimur Moschopuli Opusc. gramm. p. 24. ed. Titz. Quam peculiarem pronunciationem Grammatici ubique appictis punctis diaereticis exprimebant. His perperam acceptis, depravatam vidimus lectionem I, 5. II, 5: neque alia est origo vitiosae scripturae *τηλύϊ, γελάϊς*, de qua ibidem mentio iniecta est, pro *τήλυϊ, γέλαϊς*, nisi quod admissa vera diaeresi penultima acueretur, id quod ita praeceptum erat, ut *υι* et *αις* singulas syllabas efficerent. Quod vero Choeroboscus negat diphthongos Aeolensibus proprias dissolvi, qualis est *αι* in *θναίσκω* et *μιμναίσκω*, inde factum est, quod ex inculto Boeotorum ore diphthongus ista exaudiebatur, ubi simplicem vocalem efferre voluerant: quare scribebatur quidem *αι*, nec tamen vocales discernebantur. Pronunciatio illa, quae scriptura *Μήδεϊα* proditur, in vulgari Latinorum sermone obtinebat, ut in nomine *Cassiopeia*.

CXXII.

Zenobius Provv. 3, 3. *Γελλὼ παιδοφιλοτέρα· ἐπὶ τῶν ἀώρως τελευτησάντων· ἤτοι ἐπὶ τῶν φιλοτέκνων μὲν, τρυφῇ δὲ διαφθειρόντων αὐτά. Γελλὼ γάρ τις ἦν παρθένος, καὶ ἐπειδὴ ἀώρως ἐτελεύτησε, φασὶν οἱ Λέσβιοι αὐτῆς τὸ φάντασμα ἐπιφοιτᾶν ἐπὶ τὰ παιδία, καὶ τοὺς τῶν ἀώρων θανάτους αὐτῇ ἀνατιθέασι. μέμνηται ταύτης Σαπφώ.* Eadem ex cod. 177. protulit Montefalconus Bibl. Coislin. p. 608, sed ibi in principio est *Γελλοῦς παιδοφιλωτέρα*, tum omissis verbis *ἐπὶ τῶν ἀώρως τελευτησάντων ἤτοι*, nomini *παρθένος* subiiciuntur haec, *ἥτις ἐν τῷ τίκτειν ἐτελεύτησε*. Suidas v. *Γελλοῦς παιδοφιλωτέρα· αὕτη ἄωρος ἐτελεύτησε, καὶ τὸ φάντασμα αὐτῆς ἐδόκουν ἐπὶ τὰ παιδία καὶ τοὺς ἀώρους θανάτους ἰέναι.* Et Hesychius: *Γελώ· εἴδωλον Ἐμπούσης τὸ τῶν δώρων τῶν παρθένων. Γελλώ· δαίμων, ἣν γυναῖκες τὰ νεογνὰ παιδία φασὶν ἁρπάζειν.* In priore glossa Hesychii recte coniiciunt scribendum *τῶν ἀώρων παρθένων*. Duae proferuntur a Zenobio proverbii expositiones, altera de mortibus immaturis, altera de parentibus nimia indulgentia liberos corrumpentibus, quarum prior ex hoc *παιδοφιλωτέρα*, demus enim Graecum esse *παιδόφιλος*,

elici non potest. Habent autem hoc eae commune, quod in utraque pueri dicuntur perdi: itaque formulam ad explicandum propositam hanc patet fuisse: *Γελλὼ παιδολέτειρα.* Tanto proclivius librarii in istum errorem lapsi sunt, quod sequitur nomen *φιλοτέχνων*: postquam comparativus irrepserat, receptus est etiam genitivus *Γελλοῦς.*

CXXIII.

Strabo XIII. p. 615. *Εἶτ' ἐν ἑκατὸν σταδίοις ἀπ' Ἐλαίας πόλεως Αἰολικῆς ἡ Κάνη, τὸ ἀνταῖρον ἀκρωτήριον τῷ Λέκτῳ, καὶ ποιοῦν τὸν Ἀδραμυττηνὸν κόλπον, οὗ μέρος καὶ ὁ Ἐλαϊτικός ἐστι. Κάναι δὲ πολίχνιον Λοκρῶν τῶν ἐκ Κύνου, κατὰ τὰ ἄκρα τῆς Λέσβου τὰ νοτιώτατα, κείμενον ἐν τῇ Καναίᾳ· αὕτη δὲ μέχρι τῶν Ἀργινουσῶν διήκει καὶ τῆς ὑπερκειμένης ἄκρας, ἣν Αἶγά τινες ὀνομάζουσιν ὁμωνύμως τῷ ζώῳ· δεῖ δὲ μακρῶς τὴν δευτέραν συλλαβὴν ἐκφέρειν Αἰγὰν, ὡς ἀκτὰν καὶ ἀρχάν· οὕτω γὰρ καὶ τὸ ὄρος ὅλον ὠνομάζετο, ὃ νῦν Κάνην καὶ Κάνας λέγουσι ..... ὕστερον δὲ αὐτὸ τὸ ἀκρωτήριον Αἰγὰ κέκληται, ὡς Σαπφώ φησι, τὸ δὲ λοιπὸν Κάνη καὶ Κάναι.* Vulgo *αἰγᾶν ὡς ἀκτᾶν καὶ ἀρχᾶν*, et *αἶγα* vel *Αἰγᾶ κεκλῆσθαι.* Nomen Aega, inquit, olim universo monti impositum, postea promontorio seclusum est, ac totus mons dictus Cane vel Canae: et hoc artiori significatu legebatur apud Sapphonem.

CXXIV.

Scholiasta Apollonii Rhodii III, 26. *Ἀπολλώνιος μὲν Ἀφροδίτης τὸν Ἔρωτα γενεαλογεῖ, Σαπφὼ δὲ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ.* Addit alios aliter decernentes. Excerpsit haec Eudocia p. 158. Hinc corrigendum vidit Blomfieldus Argum. Theocr. 13, ubi de eadem quaestione, *Σαπφὼ Ἀφροδίτης καὶ Οὐρανοῦ*: etsi Pausanias IX, 27. ait, *Σαπφὼ ἡ Λεσβία πολλά τε καὶ οὐχ ὁμολογοῦντα ἀλλήλοις ἐς Ἔρωτα ἦσε.* Non haberi Amorem Veneris filium apud Sapphonem, dixit Maximus Tyrius fragm. LXXXI.

CXXV.

Scholiasta Apollonii Rhodii IV, 57. *Περὶ δὲ τοῦ τῆς Σελήνης ἔρωτος ἱστορεῖ Σαπφὼ καὶ Νίκανδρος ἐν δευτέρῳ Εὐρώπης. λέγεται δὲ κατέρχεσθαι εἰς τοῦτο τὸ ἄντρον τὴν Σελήνην πρὸς Ἐνδυμίωνα.* Cod. Paris.: *φασὶ γὰρ κατέρχεσθαι τὴν Σελήνην πρὸς Ἐνδυμίωνα καθεύδοντα αὐτὸν ἐν τῷ Λάτμῳ τῷ ὄρει.*

CXXVI.

Scholiasta Hesiodi O. et D. 73. *Σαπφώ φησι τὴν Πειθὼ Ἀφροδίτης θυγατέρα.* In versu Hesiodi Suada Gratias comitatur, Veneri saepe eam adiungi ostendit Boeckhius Explic. Pind. Pyth. 9, 40.

CXXVII.

Pausanias I, 29, 2. *Κατιοῦσιν ἐς τὴν Ἀκαδημίαν περίβολός ἐστιν Ἀρτέμιδος, καὶ ξόανα Ἀρίστης καὶ Καλλίστης· ὡς μὲν ἐγὼ δοκῶ, καὶ ὁμολογεῖ τὰ ἔπη τὰ Σαπφοῦς, τῆς*

Ἀρτέμιδός εἰσιν ἐπικλήσεις αὗται· λεγόμενον δὲ καὶ ἄλλον ἐς αὐτὰς λόγον εἰδὼς ὑπερβήσομαι. Quod postremis verbis inest mysticae doctrinae indicium, hac re confirmatur, quod lib. VIII, 35, 7. Pamphos primus Dianae *καλλίστης* cognomen imposuisse dicitur. Hecaten sub nomine *Καλλίστης* in Ceramico cultam refert Hesychius. Ceterum illa nomina, proprie ipsi Dianae indita, in singularium dearum illius comitum vocabula abierunt, ut *Ἄκρατος* factus est Bacchi minister, *Ἐνυάλιος* Martis.

CXXVIII.

Pausanias IX, 29, 3. *Σαπφὼ ἡ Λεσβία τοῦ Οἰτολίνου τὸ ὄνομα ἐκ τῶν ἐπῶν τῶν Πάμφω μαθοῦσα, Ἄδωνιν ὁμοῦ καὶ Οἰτόλινον ᾖσε.* Dioscorides Anthol. Pal. VII, 407. eam laudat, quod *Κινύρεω νέον ἔρνος ὀδυρομένη, Ἀφροδίτῃ σύνθρηνος*, beatorum sacrum nemus visitaverit. Hinc verisimilius Sapphoni, quam Alcaeo, cuius inter fragmenta retulit Blomfieldus, tribuentur hi versus, ab Hephaestione p. 59. sine nomine auctoris prolati ut antispastici tetrametri catalectici:

Κατθνάσκει, Κυθέρη, ἁβρὸς Ἄδωνις· τί κε θεῖμεν;
καττύπτεσθε, κόραι, καὶ κατερείκεσθε χιτῶνας.

Moritur, Cytherea, mollis Adonis: quid agamus? plangite, virgines, et scindite tunicas. Libri *καταθνάσκει Κυθέρει*, at cod. C. *Κυθέρη*: correxit Bentleius in Conspectu metrorum Horatianorum. Mox libri *κατερύκεσθε*, cod. C. *κατερυσκεσθαι*: Bentleius *καταρήγνυσθε*. Illud debetur Pauwio, estque probatum a Wesselingio ad Herod. II, 42. et Valckenario ad III, 66. Vide etiam Blomfieldi Gloss. Aeschyl. Pers. 544. Linum, aeque apud Graecos atque inter Phoenices et Cyprios celebratum, Aegyptios nomine alio cecinisse, tradit Herodotus II, 79, ubi confer quae annotavit Schweighaeuserus.

CXXIX.

Servius in Virgil. Aen. VI, 21. *Septena quotannis: quidam septem pueros et septem puellas accipi volunt, quod et Plato dicit in Phaedone, et Sappho in Lyricis, et Bacchylides in dithyrambis, et Euripides in Hercule: quos liberavit secum Theseus, quorum haec nomina feruntur: Hippophorbas et libi id est Arcadis, Antimachus Evandri, Mnestheus Sumiani, Phidocus Ramnutis, Demolion Cydani, Puriesion Celei: puellae hae, Periboea Alcatini, Medippe Pyrii, Iesione Celei, Andromache Eurymedontis, Eurymedusa Polyxeni, Europe Laodicis, Milita Triaconi.* Platonis locus est p. 58. a., Euripidis vs. 1297. Ex adolescentibus Hippophorbas fortasse est e posteris Elati Arcadis, quem commemorat Apollodorus III, 9, 1. si forte Athenienses huius quoque progeniem cum aliis variarum gentium nobilibus suam in terram commigrasse fabulati fuerint. Elati nescio cuius filius Polyphemus inter Argonautas nominatur. Ne enim in his *libi id est* alterius pueri nomen latere existimetur, hoc obstat, quod Theseus septimus ipse Cretam profectus est, *cum septem virginibus et sex pueris*, ut scribit Hyginus Astron. II, 5. De tertio confer Plutarchum Thes. 17, apud quem inter pueros *Μενέσθης*, Sciri Salaminii ex filia nepos, secundum Philochorum fuisse traditur. Reliquorum nomina fuerint Phylacus Rhamnuntis, Demoleon Cy-

chrei, Autesion Celei: quamquam Cychreum Salaminium filio nullo relicto obiisse scribit Apollodorus III, 12, 7. Ex puellis prima est filia Alcathoi: ipsa ab aliis nominatur Eriboea. Vide imprimis Lobeckium ad Sophocl. Aiac. 570. et Osannum p. 55. In aliis Servii libris scribitur *Phereboea*. Tertia appellanda est Hesione, sexta filia vel Laodici vel Laodoci, septima Melita Triaconis.

CXXX.

Servius in Virgil. Ecl. 6, 42. *Prometheus, Iapeti et Clymenes filius, post factos a se homines dicitur auxilio Minervae caelum ascendisse, et adhibita facula ad rotam solis ignem furatus, quem hominibus indicavit. Ob quam caussam irati dii duo mala immiserunt terris, febres et morbos, sicut et Sappho et Hesiodus memorant:* Ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται, πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα. *Quod tangit etiam Horatius, et dicit: Post ignem aetherea domo subductum, macies et nova febrium terris incubuit cohors.* Hesiodi locus est O. et D. 100, Horatii Carm. I, 3, 29.

CXXXI.

Pausanias VIII, 18. 2. Καίτοι γε καθαρεύειν γε τὸν χρυσὸν ὑπὸ τοῦ ἰοῦ, ἥ τε ποιήτρια μάρτυς ἐστὶν ἡ Λεσβία, καὶ αὐτὸς ὁ χρυσὸς ἐπιδείκνυσιν. Et Scholiasta Pindari Pyth. 4, 407. ὁ χρυσὸς ἄφθαρτος· καὶ ἡ Σαπφώ, ὅτι Διὸς παῖς ὁ χρυσός, κεῖνον οὐ σὴς οὐδὲ κὶς δάπτει, βροτέαν φρένα κράτιστον φρενῶν. Quoniam autem Proclus ad Hesiodi O. et D. 434. scribit, Plutarchum verba κεῖνον οὐ σὴς οὐ κὶς δάμναται, de auro posita a Pindaro protulisse: Boeckhius cum Schneidero et Blomfieldo ob metricam maxime formam Pindarum eius fragmenti auctorem arbitratur, in Scholiis vero Pindaricis inter Σαπφὼ et ὅτι excidisse sententiam illam, quam e Sapphonis carminibus proponit Pausanias, et nomen Pindari. Sapphoni assignarunt Valckenarius Animadvv. ad Ammon. p. 102, fassus tamen Pindarica gravitate dignam esse sententiam, Toupius in Suid. I. p. 422, Brunckius Anall. T. I. p. 57, A. Schneiderus sel. carm. p. 74, Volgerus. Et Valckenarius quidem scripsit: κεῖνον οὐ σὴς οὐδὲ κὶς δάπτει, δάμναται δὲ βροτέαν φρένα κράτιστον ἀφένων, postremum vocabulum de coniectura Scaligeri: quae ita transposuit Volgerus trochaici metri gratia: βροτέαν δὲ δάμναται φρένα κράτιστον ἀπφένων. Quoniam apud Ursinum κάλλιστον legitur, Toupius, Brunckius, A. Schneiderus haec dederunt: βροτέαν φρένα κάλλιστ' εὐφραίνων. Boeckhius cum Valckenario scribit δάπτει, δάμναται δὲ, in fine κάρτιστον κτεάνων. Cum sententia Sapphonis laudata a Pausania comparant Theognidis vss. 451. 452. Χρυσοῦ χροιῆς καθύπερθε μέλας οὐχ ἅπτεται ἰὸς, οὐδ' εὑρὼς, αἰεὶ δ' ἄνθος ἔχει καθαρόν.

CXXXII.

Philostratus Epist. 73. Ἡ Σαπφὼ τοῦ ῥόδου ἐρᾷ, καὶ στεφανοῖ αὐτὸ ἀεί τινι ἐγκωμίῳ, τὰς καλὰς τῶν παρθένων ἐκείνῳ ὁμοιοῦσα. Hùc trahit H. Stephanus, assentiente Oleario, Achillis Tatii locum lib. II. princ., ubi Leucippa καὶ τῆς ἀπαλῆς Μούσης τι λιγαίνει· ῥόδον γὰρ ἐπῄνει τὸ ᾆσμα. Εἴ τις τὰς καμπὰς τῆς ᾠδῆς περιελὼν ψιλὸν ἔλεγεν ἀρ-

μονίας τὸν λόγον, οὕτως ἂν εἶχεν ὁ λόγος· Εἰ τοῖς ἄνθεσιν ἤθελεν ὁ Ζεὺς ἐπιθεῖναι βασιλέα, τὸ ῥόδον ἂν τῶν ἀνθέων ἐβασίλευε. Γῆς ἐστι κόσμος, φυτῶν ἀγλάϊσμα, ὀφθαλμὸς ἀνθέων, λειμῶνος ἐρύθημα, κάλλος ἀστράπτον. Ἔρωτος πνέει, Ἀφροδίτην προξενεῖ, εὐώδεσι φύλλοις κομᾷ, εὐκινήτοις πετάλοις τρυφᾷ, τὸ πέταλον τῷ Ζεφύρῳ γελᾷ. In proximis verbis Philostratus respicit fragm. XXII. Adde fragm. XIX. Ῥόδον a Sapphone βρόδον dici monet Orion Thebanus p. 140.

CXXXIII.

Himerius Orat. 1, 4. Τὰ Ἀφροδίτης ὄργια οἱ ποιηταὶ παρῆκαν τῇ Λεσβίᾳ Σαπφοῖ καὶ ᾄδειν πρὸς λύραν καὶ ποιεῖν τὸν θάλαμον. ἢ καὶ εἰσῆλθε μετὰ τοὺς ἀγῶνας εἰς θάλαμον, πλέκει παστάδα, τὸ λέχος [Ὁμήρου] στρώννυσι, γράφει παρθένους, νυμφίον ἄγει καὶ Ἀφροδίτην ἐφ' ἅρμα Χαρίτων, καὶ χορὸν Ἐρώτων συμπαίστορα· καὶ τῆς μὲν ὑακίνθῳ τὰς κόμας σφίγξασα, πλὴν ὅσαι μετώποις μερίζονται, τὰς λοιπὰς ταῖς αὔραις ἀφῆκεν ὑποκυμαίνειν, εἰ πλήττοιεν· τῶν δὲ τὰ πτερὰ καὶ τοὺς βοστρύχους χρυσῷ κοσμήσασα, πρὸ τοῦ δίφρου σπεύδει πολιτεύοντας καὶ δᾷδα κινοῦντας μετάρσιον. §. 16. Σαπφοῦς ἦν ἄρα μήλῳ μὲν εἰκάσαι τὴν κόρην, τοσοῦτον χαρισαμένην τοῖς πρὸ ὥρας δρέψασθαι σπεύδουσιν, ὅσον ἄκρῳ τοῦ δακτύλου γεύσασθαι, τῷ καθ' ὥραν τρυγᾶν τὸ μῆλον μέλλοντι τηρῆσαι τὴν χάριν ἀκμάζουσαν· τὸν νυμφίον τε Ἀχιλλεῖ παρομοιῶσαι, καὶ εἰς ταὐτὸν ἀγαγεῖν τῷ ἥρῳ τὸν νεανίσκον ταῖς πράξεσιν. §. 19. Φέρε οὖν εἴσω τοῦ θαλάμου παραγαγόντες τὸν λόγον, ἐντυχεῖν τῷ κάλλει τῆς νύμφης πείσομεν. Ὦ καλὴ, ὦ χαρίεσσα· πρέπει γάρ σοι τὰ τῆς Λεσβίας ἐγκώμια. Haec omnia Welckerus de moribus Sapphonis p. 112. opinatur ex eodem poetriae nostrae Epithalamio desumpta esse, cuius ordinem Himerius per totam suam orationem observaverit: vix autem discernas, quae illius verbis Sophista intexuerit. Attamen omisimus, quae §§. 16. 19. in laudem Severi, cuius nuptiae celebrantur, sponsaeque eius copiose tradita sunt: priori enim loco nihil est poetici coloris, ipsiusque Severi virtutes praedicantur; altero assurgit quidem oratio, verum ita ut libentius tumorem sophisticum, quam lyricam sublimitatem agnoscas, praesertim quum ipse Himerius illis decantatis scribat: Εἰ δὲ καὶ τὸ ἄνθος τῆς ὄψεως γράφειν ἐθέλοιμι, τὰ ποιητῶν ἀνάγκη φθέγγεσθαι. In his vero, quae excerpsimus, parum commode Wernsdorfius pro verbis μετὰ τοὺς ἀγῶνας postulat μετὰ τὸν Φάωνα, quasi virgineus animus demum Phaonis amoribus condocefactus ad res amatorias canendas impulsus fuerit. Librorum lectionem recte interpretatur Welckerus, *post celebrata certamina*, quibus palmam sponsus meruerat, quemadmodum de Severo suo dicit Himerius §. 16. πολλοὺς καὶ μεγάλους ἄθλους ἀνείλετο. Voce Ὁμήρου formulae στορέσαι λέχος fontem a librario aliquo notatum censemus. Verbis his, τῶν Ἐρώτων τὰ πτερὰ καὶ τοὺς βοστρύχους χρυσῷ κοσμήσασα, Iacobsius ad Philostr. Imagg. p. 241. adhibet alium Himerii locum, Ecl. 18, 3. Ἀφροδίτῃ οὐρανίᾳ χρυσοῖ μὲν οἱ παῖδες, χρυσᾶ δὲ τὰ τούτων καὶ βέλη, hunc quoque ad Sapphonis imitationem compositum suspicatus. Postremo verba ὦ καλὰ, ὦ χαρίεσσα, quoniam apud Theocritum 18, 38. leguntur, Wernsdorfius Sapphoni a Sophista putat memoriae lapsu tribui, at talis salutatio facile simul apud Sapphonem et Theocritum reperiri potuit.

CXXXIV.

Himerius Orat. 13, 7. *Τὰ δὲ σὰ, ὦ Βασίλεια, νῦν δέον καὶ αὐτῷ τῷ Μουσηγέτῃ εἰκάζεσθαι, οἷον αὐτὸν καὶ Σαπφὼ καὶ Πίνδαρος ἐν ᾠδῇ κόμῃ τε χρυσῇ καὶ λύραις κοσμήσαντες, κύκνοις ἔποχον εἰς Ἑλικῶνα πέμπουσι, Μούσαις Χάρισί τε ὁμοῦ συγχορεύσαντα.* Oloribus vehentem Apollinem fecit etiam Alcaeus, teste eodem Himerio Orat. 14, 10. Vide I. H. Vossii Epist. mythol. T. II, 11.

CXXXV.

Athenaeus XIII. p. 599. c. *Ὁ Ἑρμησιάναξ σφάλλεται, συγχρονεῖν οἰόμενος Σαπφὼ καὶ Ἀνακρέοντα, τὸν μὲν κατὰ Κῦρον καὶ Πολυκράτην γενόμενον, τὴν δὲ κατ' Ἀλυάττην τὸν Κροίσου πατέρα. Χαμαιλέων δ' ἐν τῷ περὶ Σαπφοῦς καὶ λέγειν τινάς φησιν, εἰς αὐτὴν πεποιῆσθαι ὑπὸ Ἀνακρέοντος τάδε·*

Σφαίρῃ δηὖτέ με πορφυρέῃ
βάλλων χρυσοκόμης Ἔρως,
† νυνὶ ποικίλος λαμβάνω,
συμπαίζειν προκαλεῖται.
ἡ δ' ἐστὶν γὰρ ἀπ' εὐκτίτου
Λέσβου, τὴν μὲν ἐμὴν κόμην,
λευκὴ γὰρ, καταμέμφεται,
πρὸς δ' ἄλλην τινὰ χάσκει.

Καὶ τὴν Σαπφὼ δὲ πρὸς αὐτὸν ταῦτά φησιν εἰπεῖν·

Κεῖνον, ὦ χρυσόθρονε Μοῦσ', ἔνισπες
ὕμνον, ἐκ τᾶς καλλιγύναικος ἐσθλᾶς
Τήϊος χώρας ὃν ἄειδε τερπνῶς
πρέσβυς ἀγανός.

Ὅτι δὲ οὐκ ἔστι Σαπφοῦς τοῦτο τὸ ᾆσμα, παντί που δῆλον.

Illud, Musa aureo solio insignis, dixisti carmen, ex regione formosarum mulierum divite egregia Teius quod canebat suaviter senex clarus. In hanc formam Critici illa metri caussa redegerunt: in libris enim est *κείνων*, ac deinde *ὅσ' ἄειδε*, et haec quidem iam emendata sunt apud Ursinum; praeterea vulgabatur *Μοῦσα εἴνασπες*, pro quo Schweighaeuseri cod. A. *εἰνσπες*, item *ὁ Τήϊος* et *πρέσβυς ἀγλαός*. Si versus isti Sapphonem auctorem haberent, scriberemus cum Blomfieldo aliisque *κῆνον, Μοῖσα, ἐσλᾶς*. Sapphonem nihil aliud habuisse, quod illis versibus reponeret, praeter ieiunam elegantiae eorum laudationem? Certe aliter respondet Alcaeo fragm. LXI, eodem, quo ille, usa metro. Non nimis exercitatum versificatorem prodit adiectivum *ἐσθλᾶς*, finitiori *καλλιγύναικος* subiectum, vel adverbium *τερπνῶς* in verbo transitivo *ἀείδειν*. Ex versibus Glyconeis vel Anacreonteis, quibus hic homo putabat utendum Anacreonti, ut Sapphoni Sapphicis, tertius sic videtur corrigendus: *δήνη ποικίλα λαμβάνων*, quemadmodum ap. Theogn. 222. legitur *ποικίλα δήνε' ἔχειν*, nam pro *νυνὶ* membranae Schweighaeuseri *νηνε*.

CXXXVI.

Eustathius in Iliad. β. p. 247. Bas. *Ἀπ᾽ Ἀδμήτου σκόλιόν τι ἐν Ἀθήναις ἦν ᾀδόμενον, ὡς καὶ Παυσανίας φησὶν ἐν τῷ οἰκείῳ λεξικῷ, λέγων ὡς οἱ μὲν Ἀλκαίου φασὶν αὐτὸ, οἱ δὲ Σαπφοῦς, οἱ δὲ Πραξίλλης τῆς Σικυωνίας. ἀρχὴ δὲ τοῦ μέλους αὕτη·*

Ἀδμήτου λόγον, ὦ ταῖρε, μαθὼν, τοὺς ἀγαθοὺς φίλει,
τῶν δειλῶν δ᾽ ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις.

ἔοικε δὲ διὰ μὲν τῶν ἀγαθῶν τὴν γενναίαν καὶ φίλανδρον ὑποδηλοῦν Ἄλκηστιν, διὰ δὲ τῶν δειλῶν τὸν Ἀδμήτου πατέρα, ὃς ὤκνησε θανεῖν ὑπὲρ τοῦ παιδός.

Admeti vocem, amice, discens, bonos ama, ignavis vero te abstine, cognoscens ignavorum exiguam esse gratiam. Exhibent Brunckius Anall. T. I. p. 157. et in append. Anacr. p. 91, Ilgenius Scol. XIV, A. Schneiderus sel. carm. p. 148. Ipsa fere Eustathii verba in Violarium suum transtulit Eudocia p. 20. Priorem versum ut noti scolii initium profert Aristophanes Vesp. 1277, alterum supplet Scholiasta, hic quidem Praxillae tribuens, apud quem prave scribitur *ποιοῦσ᾽* pro *γνούς*. Ex versibus Aristophanis et Cratini, qui ibidem adscripti sunt, carmen ipsum cognoscimus dictum *Ἀδμήτου λόγον* vel *Ἀδμήτου μέλος*, unde sumptam posteriorem formulam memorant Suidas, Zenobius Provv. 1, 18, Erasmus Adag. p. 486. Utrumque versum, nullo nominato auctore, inter scolia exhibet Athenaeus XV. p. 695. c., ubi Schweighaeuserus, quia in cod. A. invenit *τοὺς ἀγαθοὺς φίλει σέβου*, in cod. Epitomae *τοὺς ἀγαθοὺς φίλους σέβου*, merito praetulit *σέβου* vulgato apud hunc quoque scriptorem *φίλει*. Altero versu Athenaeus, *ὅτι δειλοῖς ὀλίγη χάρις*. Dativus in eodem dicto est apud Theognidem vs. 854. *ᾔδεα, οὕνεκα τοῖς δειλοῖς οὐδεμί᾽ ἐστὶ χάρις*. Sententia non differt ab genitivo: dativus derivandus est ab usu activae locutionis, *χάριν καταθέσθαι τινί, gratiam inire apud aliquem*, pro qua Homerus habet *χάριν ἀρέσθαι τινί*, Iliad. δ. 95. Nam *χάρις ἐστί τινι* passive est, *gratia apud aliquem initur, iniri potest* vel *solet*.

CXXXVII.

Παῖδες, ἄφωνος ἔοισα τετ᾽ ἐννέπω, αἴ τις ἔρηται,
φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν·
Αἰθοπία με κόρᾳ Λατοῦς ἀνέθηκεν Ἀρίστᾳ,
† ἑρμοκλείταο τῶο ἀὖν ἀἀάδα,
σὰ πρόπολος, δέσποινα γυναικῶν· ᾗ σὺ χαρεῖσα
πρόφρων ἀμετέραν εὐκλείσον γενεάν.

Legitur in Anthol. Palat. VI, 269. cum tali lemmate: *ὡς σαπφοῦς. εἰς τὸ ἀντιβόλιν οὐ κεῖται τοῦ κυροῦ μιχαηλί. πόθεν οὖν ἐγράφη οὐκ οἶδα.* In margine interiore adscriptum est *ζτ. περισσον.* in exteriore *ὁλοσφαλτον.* Exhibuerunt Bentleius ad Callim. fr. 417, Dorvillius Vanno crit. p. 193, Reiskius Anthol. p. 52, Toupius in Suid. II. p. 583. Brunckius Anall. T. I. p. 55, A. Schneiderus sel. carm. p. 64. Pro vocabulo primo cum Dorvillio Brunckius, Schneiderus, Volgerus, Blomfieldus *παιδνὴ*, Frid. Iacobsius *παιδνὸς*, ut possent coniungi verba *παιδνὴ ἄφωνός τ᾽ ἔτι*, uti Iacobsius explicat litteras *τετ*, ex quibus ceteri fecerunt *τάδ᾽*. Infantis enim puellae simulacrum dedicatum deae fingunt, qualia sunt in Anthol.

Pal. VI, 356. Sed proximus versus ostendit, infantiae caussam in hac una re positam esse, quod, cuius basi epigramma insculptum erat, signum est inanimum, etsi vocem mittit, cuius imago exhibetur. Itaque proximum est, Dianae effigiem cogitare, quemadmodum Mercurii Venerisque imagines ipsis diis consecratae loquentes inducuntur VI, 143. 209. Quamquam non repugnabimus, si quis Nymphae alicuius ex Dianae comitibus simulacrum intelligere malit, ut Satyrus dedicatur Baccho VI, 56. Sicut autem in aliis monimentis ad conspectum omnium propositis vocativi *ὦνερ* et *ὦνθρωπε* frequentantur, ita in hoc sigillatim compellantur puellae, quippe ad quas eius deae cultus imprimis pertineat. Toupius dedit *παιδός*. Deinde praeter Blomfieldum ceteri *ἐοῖσα*: in scriptura codicis observatus videtur tenor Aeolicus. Pro *τετ'* scripserimus *περ*. Codex *ἐρῆτα*. Ob subiunctivum Brunckius et Volgerus male *ἦν τις*. Vs. 3. cod. *αἰθοπίαι με κόραι*. *Αἰθοπίη Βραυρωνὶς* est in epigr. Antipatri Anth. Pal. VII, 705, sed ibi codex *αἰθιόπη*. Vide de eo nomine interpretes Hesychii v. *Αἰθιοπαΐδα*. Accedunt Zonaras p. 79. 86. et Lex. Seguer. p. 355. Ibidem cod. *ἀρίστα*, unde Brunckius fecit *Ἀριστὼ*, ceteris assentientibus: nos cognomen restituimus, quo Sappho Dianam ornasse dicitur fragm. CXXVII. Versu 4. Toupius scribit: *Ἑρμοκλείδαο τῶ ῥά νιν εἰν ἀΐδα*, ceteri cum Dorvillio *Ἑρμοκλείδαο τῶ Σαοναϊάδα*, Iacobsius tamen retinet *Ἑρμοκλείταο*, Blomfieldus praefert *Σαϊωνιάδα*. Nobis quidem neque correptio mediae pentametri syllabae vere excusari videtur propriorum nominum longitudine, quae sententia est Iacobsii, et Friedemanni p. 287, quum evitari terminatione *ᾱ* praelata potuerit, neque tale patronymicum cognitum habemus, et amisso nomine *Ἀριστὼ* alio egemus vocabulo, a quo hi genitivi regantur. Si vero in primo nomine probabiliter opinamur latere *ἔρνος Κληϊ̈δος*, in parte altera ex epigrammate eo, de quo in vita poetriae diximus, haec poterunt suppleri: *καὶ πατρὸς Εὐρυγύρου*. Iam carmen compositum habebitur nomine Sapphonis, *ὡς Σαπφοῦς*. Vs. 6. quem Suidas quoque habet v. *εὐκλεΐσον*, cod. Pal. *εὔκλειτον*. Ita correctum carmen hac interpretatione reddetur: *Puellae, muta etsi sum, loquor, si quis interroget, voce indefessa ad pedes deposita: Aethopiae me virgini Latoniae consecravit Optimae Cleidis proles et patris Eurygyri, tua famula, domina feminarum: cui tu salutata propitia nostram illustra stirpem.*

CXXXVIII.

Τιμάδος ἅδε κόνις, τὰν δὴ πρὸ γάμοιο θανοῖσαν
δέξατο Φερσεφόνας κυάνεος θάλαμος,
ἃς καὶ ἀποφθιμένας πᾶσαι νεοθᾶγι σιδάρῳ
ἄλικες ἱμερτὰν κρατὸς ἔθεντο κόμαν.

Timadis hi cineres, quam iam ante nuptias mortuam excepit ater Proserpinae thalamus, qua defuncta omnes ferro recens acuto aequales amabilem capitis posuere comam. In Anthol. Palat. VII, 489. hoc adscribitur lemma: *εἰς τιμάδα ὁμοίως πρὸ γάμου τελευτήσασαν*. Habent Brunckius l. c. et Schneiderus p. 70. Vs. 1. cod. Pal. et Planudes *θανοῦσαν*. Vs. 3. cod. Pal. *ἀπὸ φθ.* et *νεοθαγεῖσι δηρωι*, *ᾱ* supra *η̄* annotato. Cum Planude Stephanus, Ursinus, Blomfieldus *νεοθηγεῖ* vel *νεοθαγεῖ χαλκῷ*. Aliis etiam locis metro pessumdato in li-

bris reperiri *νεοθηγεῖ* docet Iacobsius, cum Casaubono comparans *παραπλὴξ* et *βουπλήξ*. Alia in *πὴξ*, *τὴξ*, *θὴξ* exeuntia suppeditat Theognostus in Bekkeri Anecdd. Gr. p. 1340.

CXXXIX.

Τῷ γριπεῖ Πελάγωνι πατὴρ ἐπέθηκε Μενίσκος
κύρτον καὶ κώπαν, μνᾶμα κακοζοΐας.

Piscatori Pelagoni pater imposuit Meniscus nassam et remum, miserae vitae monimentum. Ex Anthol. Palat. VII, 505. ubi adscribitur *εἰς πελάγωνα σαπφοῦς*, receperunt Brunckius l. c. et Schneiderus p. 68. Cod. Pal. *γριππεῖ*, *κακοζώας*, et teste Paulssenio *βερίσκος*. Cum Planude omnes *ἀνέθηκε*. Idem *κακοζωΐας*: nostrum de coniectura Scaligeri dederunt Iacobsius et Blomfieldus.

Sufficient haec iis, qui de facultate mea edendae operae, quam in indice libri professus sum, iudicare voluerint. Non ausim equidem polliceri, maiora omnia et splendidiora aliquando me praestiturum, sed quid a me ex praesenti materia effici possit, de hoc specimine aestimari cupio; quamquam si forte tunc non pauciora ex hoc fragmentorum Sapphicorum corpore visa fuerint retractanda, quam nunc ipsum parum mihi satisfaciunt ex iis, quae quinquennio abhinc de Bacchylidis reliquiis commentatus sum, in lucro deputabo. Verum uni rei intentius tum studebo, quam adhuc fieri potuit, conquirendo de locis iam cognitis instrumento critico, et ipsi fragmentorum corpori amplificando. Quo in genere si hic liber imperfectus deprehensus fuerit, si plura pariter me praeterierint, ac demum inter laborem plagulas ex typographeo allatas emendandi in Museo critico Vratislaviensi quaedam, quae ad carmen primum pertineant, inesse cognovi, unde non potuerunt nisi potissima suppleri: vere licebit et librorum penuriam et otii tenuitatem excusare. Quam enim veniam non sum petiturus, quum editio libri meo arbitrio differri poterit, donec, quae opus sunt, praeparata fuerint: eam nunc facile datum iri confido, quoniam huius libelli emittendi certum tempus lege statutum erat. Nonnulla fragmenta, nomine auctoris non adscripto conservata, quae fortasse alii iudicabunt Sapphoni tribuenda fuisse, sciens omisi: ac fateor in his recipiendis excludendisve certam me normam non secutum, nisi ut fere ea promerem, quae aliqua cura mea adiuvari possent; quapropter quaedam, quae nunc Sapphonis sub nomine leguntur, aliquando reiicientur inter Aeolensium reliquias, quarum de auctoribus non constet. De ipsa talium fragmentorum emendatione non prorsus mihi convenit cum viro eruditissimo et de litteris Graecis eximie merito, qui nuper pronunciavit, quid scribi potuerit, saepius non adeo esse difficile invenire, coniecturas, quae solido aliquo fundamento constitutae veri speciem habeant, proferre vix licere. Ego quum multas coniecturas proposuerim, certe operam dedi, ut, quo fundamento singulae niterentur, et mihi et lectoribus liqueret: et spero futurum, ut ille eadem Alcaei fragmenta, quae ipse cautissime et ut provectioris aetatis hominem decet, tractavit, a me meo more tentari aeque ferat. Ceterum in tali opere, quale nunc ego doctis hominibus indico, non iniuria alienum dictum in me trahere videor, posse multa rimanti etiam aliquid absurdum impune in mentem venire.

Sed quo libro mihi ipse privatus, eodem ex muneris publici rationibus audientiam facturus sum nonnullis disciplinae nostrae adolescentibus, qui propediem benignis auditorum iudiciis opuscula quaedam sua subiicient. Instant enim Calendae Novembres, qui dies a maioribus scholae Portensis natalis habitus, hoc quoque anno solenni ritu celebrabitur. Itaque eius diei hora matutina octava praeceptores et discipuli templum adibimus, Deum Optimum Maximum cum grata beneficiorum huic in locum collatorum recordatione adoraturi. Tum hora nona in auditorio maiori primum quidem discipuli ex tribus classibus inferioribus electi poetarum Germanorum carmina pronunciabunt. Deinde ex classe secunda superiori poemata vernaculo sermone a semet ipsis composita recitabunt ROBERTUS GEIER NEBRENSIS, FRIDERICUS DE DIEPENBROICK-GRUETER OSNABRUGIENSIS, EDUARDUS WUTTIG SCHWERSTADIENSIS, OSCAR HEFFTER IUETERBOCENSIS. Ex classe eadem BRUNO ECHTERMEYER LIEBENWERDENSIS oratione Latina memoriam Brunonis Comitis, Coenobii Smolnensis ante septem saecula conditoris, renovabit. Ex prima classe ADOLPHUS LANGE PORTENSIS Germanica oratione quaeret, quos ad morum artiumque cultum fructus ex Monachorum institutis Europae gentes tulerint; THEODORUS BALTZER HOHENLEINENSIS Diterici Veronensis cum Eccone certamen Latinis versibus celebrabit; CAROLUS THIELE STOLBERGENSIS, quantam vim habuerit sacrorum emendatio a Luthero peracta in artibus excolendis, imprimis in variis poeseos generibus, Latina oratione explicare studebit.

Postremo Rector scholae ex singularum classium discipulis, qui morum probitatem studiique frugiferi assiduitatem praeceptoribus imprimis probaverunt, ad praemia accipienda evocabit, actumque precationibus finiet: quem ut praesentia sua decorent huius loci fautores et amici, ea qua par est observantia rogamus.

Dab. Portae d. XXIX. Octobr. MDCCCXXVII.

Schulnachrichten,
von Michael 1826 bis dahin 1827.

A. Lehrverfassung.

I) In *Prima* wurde in 28 wöchentlichen Stunden der Unterricht von 8 Lehrern besorgt.

1) *Lateinische Sprache*, 2 St. von M. b. O. Cic. Orat. II, 10. bis 25. Von O. b. M. Tuscul. Disp. II, 18. bis zu E. und III, 1—6. 3 St. Stylübungen. Rect. D. *Ilgen*, als Ordinarius der Classe. 2 St. Horatii Oden III. B. Prof. M. *Lange*, (von der Mitte des Junius an bis zu Anfang des Septembers, in welcher Zeit dieser Lehrer wegen Herstellung seiner Gesundheit abwesend war, wurden die Stunden von dem Rect. D. *Ilgen* und dem Prof. *Jacobi* versehen). 2 St. Tacitus Annal. III, 65 bis VI, 14. Prof. D. *Neue*.

2) *Griechische Sprache*. 3 St. Sophoclis Oedip. Tyrann. und Antigone. 2 St. Platonis Phaedrus. 1 St. Correctur. Prof. D. *Neue*.

3) *Hebräische Sprache*. 2 St. Psalm. 8 bis 26 ausgeschl. Ps. 10. 17 und 18. Prof. Licent. *Bresler*.

4) *Deutsche Sprache*. 2 St. Geschichte der deutschen Litteratur, vom Anfange des 16ten Jahrhunderts bis auf die neueste Zeit nach seinem *Grundrisse zur Geschichte der deutschen National-Litteratur*, nebst Erläuterung von Musterstellen aus älterer und neuerer Zeit, besonders um den Bildungsgang der deutschen Sprache daran zu verdeutlichen, und Correctur der Aufsätze. Prof. *Koberstein*.

5) *Religionslehre*. 2 St. Christliche Glaubenslehre, von M. b. O. Beschluss des zweijährigen Cursus, von O. b. M. Anfang desselben, nach eigenen Dictaten. Prof. *Schmieder*.

6) *Geschichte*. 2 St. von M. b. O. Geschichte der mittlern Zeit, von den Kreuzzügen bis zur Reformation. Adj. *Schulze*. Von O. b. M. Geschichte der neuern Zeit von Anfang der Reformation bis zu Ende des dreissigjährigen Kriegs. Prof. M. *Wolff*.

7) *Mathematik* und *Physik*. a) *Mathematik*. 4 St. von M. b. O. die Lehre von der Ellipse nach streng synthetischer Methode nach Anleitung des Werks von Robert Simson über die Kegelschnitte, übers. von Camerer; und der binomische Lehrsatz in seiner ganzen Allgemeinheit, mit den Anwendungen desselben. Von O. b. M. die Lehre von der Hyperbel nach synthetischer Methode, und die Lehre von den Gleichungen, nach eigenen Sätzen. b) *Physik*. 1 St. von M. b. O. die Lehre von dem Galvanismus und Magnet; von O. b. M. der Theil, welchen die 12 ersten Kapitel des Fischerschen Lehrbuchs der mechanischen Naturlehre umfassen. Prof. *Jacobi*.

II) In *Ober-Secunda* wurde in 29 wöchentlichen Stunden der Unterricht von 4 Lehrern besorgt.

1) *Lateinische Sprache*. 2 St. Cic. Orat. pro Flacco. 1 St. Tacit. de German. Cap. 28—43. 3 St. Stylübungen. Prof. M. *Lange*, Ordinarius der Classe, (in der Zeit

der Abwesenheit desselben, Prof. Licent. *Bresler*, Prof. *Koberstein* und Adjunct D. *Steinhart*.) 2 St. Livius IV, 30 bis V., und 3 St. Virgil. Aen. IV. bis VI. Adj. D. *Steinhart*.

2) *Griechische Sprache.* 3 St. von M. b. O. Herodotus, VIII. Von O. b. M. Plat. Euthyphro. 2 St. Homeri Ilias, lib. VIII, 250. bis lib. IX, 527. 1 St. Correctur. Prof. M. *Lange*. (Während der Abwesenheit desselben Prof. *Schmieder* und Adj. *Wilbrandt*.)

3) *Hebräische Sprache.* 2 St. Einübung der unregelmäfsigen Verba: Gesenius Lesebuch; und leichte Exercitia. Adj. D. *Steinhart*.

4) *Deutsche Sprache.* 2 St. der technische Theil der Logik, nach eigenen Heften: und Correctur der Aufsätze. Prof. *Koberstein*.

5) *Religionslehre.* Von M. b. O. 2 St. Einleitung in die Bibel nach eigenen Heften; und von O. b. M. Einleitung in die symbolischen Bücher der evangelischen Kirche, nach eigenem Entwurf, und Erklärung der Augsburgischen Confession. Prof. Licent. *Bresler*.

6) *Geschichte.* 2 St. Römische Geschichte nach Bredow. Prof. *Koberstein*.

7) *Mathematik.* 4 St. die Lehre von der Ausziehung der Cubikwurzel, den Progressionen und Logarithmen und deren Anwendung auf die Berechnung zusammengesetzter Interessen und Renten; die Stereometrie und ebene Trigonometrie, nach Kries Lehrbuch der reinen Mathematik. Prof. *Koberstein*.

III. In *Unter-Secunda* wurde in 30 wöchentlichen Stunden der Unterricht von 5 Lehrern besorgt.

1) *Lateinische Sprache.* 3 St. Ciceronis Epistol. Select. ed. Matthiae 148—159. 2 St. von M. b. O. Cic. Orat. pro Ligario. 1 St. Grammatik Synt. Ornat. nach Zumpt. 3 St. Correctur der Arbeiten. Prof. M. *Wolff*, Ordinarius der Classe. 4 St. Ovid. Fast. III—VI. 2 St. von O. b. M. Cic. Orat. pro Rege Deiotaro. Adj. *Wilbrandt*.

2) *Griechische Sprache.* 2 St. Xenophontis Anab. VI, 1, 19. bis VII, 2, zu E. 2 St. Homeri Odyss. Lib. XVI. und XVII. 1 St. Correctur. Prof. M. *Wolff*.

3) *Hebräische Sprache.* 2 St. Regeln des Lesens und Uebung desselben, das regelmäfsige Verbum, und Suffixa nach Gesenius Grammatik. Prof. *Jacobi*.

4) *Deutsche Sprache.* 2 St. Deutsche Prosodie mit metrischen Uebungen verbunden, nach eigenen Sätzen; Correctur der Aufsätze. Adj. *Wilbrandt*.

5) *Religionslehre.* 2 St. Christliche Sittenlehre in kirchlichen Beispielen; insbesondere die Geschichte von Zeugen der erkannten Wahrheit innerhalb der christlichen Kirche. Prof. *Schmieder*.

6) *Geschichte.* 2 St. Geschichte Griechenlands, nach Bredow. Adj. *Wilbrandt*.

7) *Mathematik.* Von M. b. O. 2 St. die Lehre von den Verhältnissen und Proportionen, nebst gründlicher Erklärung der verschiedenen hierher gehörigen sogenannten praktischen Rechnungsarten, nach dem Fischerschen Lehrbuche. 2 St. die Lehre von der Ausmessung der geradlinigen Figuren und des Kreises. Adj. *Schulze*. Von O. b. M. 2 St. Lehre von den Gleichungen und Potenzen. 2 St. die Lehre von dem Verhältnisse der Figuren. Adj. D. *Jacobi*.

IV) In *Ober-Tertia* wurde in 30 wöchentlichen Stunden der Unterricht von 4 Lehrern besorgt.

1) *Lateinische Sprache.* 8 St. Cicer. Epist. ad Famil. II. III. und IV. ausgewählt. 3 St. Correctur, Prof. Licent. *Bresler*, Ordinarius der Classe. Von M. b. O. 1 St. Grammatik; 3 St. Cicer. Cat. M. 2 St. Ovidii Metam. 2 St. aufserordentliche Correctur; 1 St. Prosodie. Adj. *Schulze.* Von O. b. M. 1 St. Grammatik. 3 St. Cic. Laelius. 2 St. Ovidii Metam. I, bis v. 450. 2 St. aufserordentliche Correctur. 1 St. Prosodie. Adj. D. *Wex.*

2) *Griechische Sprache.* 8. St. Jacobs Attica, VII. bis XVII. 1. St. Jacobs Blumenlese, I. II, 1—60; 1 St. Correctur. Adj. D. *Wex.*

3) *Deutsche Sprache.* Syntax nach Heyse, Correctur der Aufsätze, und Declamations-Uebung. Von M. b. O. Adj. D. *Wex.* Von O. b. M. Adj. D. *Jacobi.*

4) *Religionslehre.* 2 St. Christliche Glaubens- und Sittenlehre, nach eigenem Entwurf. Prof. Licent. *Bresler.*

5) *Geschichte.* 2 St. Uebersicht einer allgemeinen Geschichte nach C. W. Böttigers Allg. Gesch. für Schulen, die erste Hälfte von M. b. O. Adj. Dr. *Wex;* die zweite Hälfte von O. bis M. Adj. D. *Jacobi.*

6) *Mathematik.* 2 St. der Inhalt des 5ten, 6ten und 7ten Abschnitts des Fischerschen Lehrbuchs. 2 St. in der Arithmetik die Lehrsätze aus dem Anhange des 6ten, 7ten und 8ten Abschnittes dieses Lehrbuchs; ferner die Lehre von den Gleichungen. Prof. *Jacobi.*

V) In *Unter-Tertia* wurde in 30 wöchentlichen Lehrstunden der Unterricht von 5 Lehrern besorgt.

1) *Lateinische Sprache.* 8 St. Justinus XXI—XXVI. 2 St. Corn. Nepos, Hannibal bis Atticus. 2 St. Grammatik. 3 St. Correctur. Prof. D. *Neue*, Ordinarius der Classe. 2 St. Ovid. Trist. aus Lib. I. bis III. 2 St. aufserordentliche Correctur. 1 St. Prosodie mit metrischen Uebungen. Adj. D. *Steinhart.*

2) *Griechische Sprache.* 2 St. Jacobs Lesebuch, 2ter Cursus. 2 St. Grammatik; 1 St. Correctur. Adj. D. *Steinhart.*

3) *Deutsche Sprache.* 2 St. Formenlehre nach Heyse, Aufsätze und Declamations-Uebung. Von M. b. O. Adj. D. *Wex;* von O. b. M. Adj. *Jacobi.*

4) *Religionslehre.* Von M. b. O. 2 St. Auslegung auserwählter Stücke aus der Genesis, und Wiederholung der Predigt; von O. b. M. Erklärung des Lutherischen Catechismus, und fortgesetzte Wiederholung der Predigt. Prof. *Schmieder.*

5) *Geographie.* 2 St. von M. b. O. Allgemeine Erdbeschreibung von den fremden Welttheilen. Adj. Dr. *Wex.* Von O. b. M. von Europa, und besonders von den Preufsischen Staaten, nach Selten. Adj. D. *Jacobi.*

6) *Mathematik.* 4 St. der Inhalt der vier ersten Abschnitte des ersten und zweiten Theils von Fischers Elementar-Geometrie. Prof. *Jacobi.*

Unterricht in der französischen Sprache.

I) In der *ersten* Classe, 2 St. von M. b. O. Molière's Tartuffe und Amphitryon; von O. b. M. Ideler u. Nolte, poet. Th. S. 232—362. (Ausg. 1819). Scripta und Extemporalia. Prof. *Koberstein.*

II) In der *zweiten* Classe, 2 St. Lectüre von Voltaire's Charles XII. B. IV—VII. schriftliche Arbeiten, womit die höhere Syntax verbunden wird. Prof. *Koberstein.*

III) In der *dritten* Classe, 2 St. Syntax, Lesen in Valentin Schmidts Sammlung aus der Corinne von Fr. v. Stael, und Exercitia. Adj. *Wilbrandt.*

IV) In der *vierten* Classe, 2 St. Lectüre, einzelne Stücke aus V. Schmidts Sammlung; Lehre von dem Pronomine, regelmäfsige und unregelmäfsige Conjugation. Prof. *Koberstein.*

V) In der *fünften* Classe, 2 St. Lesen, Deklination und Hülfs-Verba. Adj. *Wilbrandt.*

Unterricht in den Künsten.

a) In der Vocal-Musik

wurde in sieben wöchentlichen Stunden von dem Cantor und Musik-Director *Koetschau* gegeben.

1) 1 St. die *Primaner*, meist Tenoristen und Bassisten.
2) 1 St. die *Ober-Secundaner*, Tenoristen und Bassisten.
3) 1 St. die *Unter-Secundaner*, Tenoristen und Bassisten.
4) 1 St. die *Novitii*, Discantisten und Altisten.
5) 1 St. die *mutirenden Discantisten* und *Altisten*, welche in dem theoretischen Theile unterwiesen wurden.
6) 1 St. die Discantisten und Altisten vom *Chore*.
7) 1 St. der *ganze Chor*, welcher aus den Sängern besteht, welche sich durch ihre Stimme und Geschicklichkeit auszeichnen.

b) In der Tanzkunst

wurde in 6 wöchentlichen Stunden von dem Tanzlehrer *Roller* gegeben.

1) 2 St. die *erste* Classe der *Novitiorum*. Regeln des Anstandes und der Repräsentation des Körpers im Umgange mit gebildeten Menschen.
2) 2 St. die *zweite* Classe derselben. Fortsetzung der vorher erwähnten Regeln.
3) 2 St. die Zöglinge von *Ober-Tertia* in zwei Abtheilungen, die obere Ordnung 1 St. und die untere 1 St. Elementar-Unterricht der Tanzkunst.

c) In der Zeichenkunst

